¶ Secunda trebellianica a trebellio auctore sic dicta debetur hec iure institutõis. & est quarta pars hereditatis totius. ficut cũ ge sistitur heres vniuersaliter vl in certa quotta hereditatis rogat vt restituat alij hereditatẽ sine liberis moriendo. iste sic institutus poterit retinere quartã ptẽ totius hereditat. Insti. de fideicõ. here. §. ij q. C. ad trebel. p totum. Instituit tũ heres in certa ptẽ hẽ nõ hẽbit. sm Bal. in. i. ff. ad. l. falc. 3

¶ Tertia falcidia a falcidio auctore 4
debetur iure institutionis. & est quarta pars totius hereditatis quaz quis retinet qñ institutus heres fuit & supra deductem. f. tres partes hereditatis est aliquid legatum vel fideicõmissum. de testa. Raynaldus.

¶ Inquibus casib⁹ cessat falcidia. §. 5
q in decẽ casibus. ¶ Primus in his q legãtur sic vt nõ possint alienari. vt ad successores eius cui relicta sunt debeant pmanere. C. ad. l. falci. aut. lz in ea re.

¶ Secũdus in his q ad pias cãs relin 6
quũtur eccle aut pio loco. vt i auc. silr C. ad. l. falci. Aduerte hic q si eccla vl alius pius locus institueret heres. tunc detraheret falcidiã de legatis factis alteri eccle vl pio loco q currit primulegium cum primlegio. & sic concurrentibus primlegijs vtuntur iure cõi facit. l. assiduis. C. q po. ꝓ pt. ha. no. pa. in. c. in pñtis. de pba. Idem tenet dy. & sequitur Alber. in. l. si gs ad declinandas. C. de epi. & cle. Et hoc ides & si indirecte relinquatur sm Bald. in. l. anita. §. licio ff. de condi. & demon. puta cum relinquitur fundus cum pacto vt restituat eccleſie.

¶ Tertius in testamento militis. C. ad 7
l. falci. l. in testamento. Sed hodie corrigitur per aut. de heredi. & fal. §. fi. & iõ non cessat.

¶ Quartus in male ablatis certis vel 8
incertis legatis & aliys alienis. l. imponenda. C. ad. l. falci.

¶ Utrum pater legans tñ ꝓ male 9
ablatis q legitima iure nature debita

minuitur. obliget filium vel illum cui debet. ff. monal. q; si t alia male ablata nõ pñt pbari nõ tenent heres soluere vt debitũ. s. vt ea alienũ ſ; vt ea legatus. t ſõ si illam minuit nõ tñr soluere secus esset in illo cui falcidia cõpetit. q; cum talia legata sint ad pias cãs cessat hodie vt dictum est t ſõ nõ detrahet.

10. ¶ Sed qd faciet talis q tot hz restituere incerta que pbare nõ pt. que exhaurirunt quasi totam hẽditatem si nõ põt inducere filium vt sit ptẽtus restituere ff. fm monal. q; faciant testamẽtũz vl codicillum in quo ordinet q; ola bona sua distribuant pauperibus p male ablatis scientes asserens q; plura sunt q; omnia sua bona:

11 ¶ Quintus si testator: certus de sua q; titate patrimonij pohibeat expresse deduci falcidiam.

12 ¶ Sextus si heres nõ fecerit inuentarium fm modũ t tps statutum hi duo habent in aut. ſ; cũ testator: C. ad. l. falci. Idẽ ſ. j. tps vtiuz nõ paruerit volumtati testatoris. vt i. c. Ray. in ſi. ẽ testa.

Additio Septimus vt legato dotis. vt. l. ij. ſ. idem q̃ritur ff. de dote prele. ergo in libertate legata. l. papinianus. ff. de ſoficio. test. Nonus q̃ legat instrumẽtuz rei alterius. Decimus in casu legis ſficio. ff. ad. l. falcid. t. l. t si tacitum. C. eodem q̃. ſ. occultauit vel negauit res hereditatis.

13 ¶ In q̃bus casibus cessat trebellianica. ff. q; in tribus casibus. ¶ Primus in legatis ad pias cãs. vt dixi. ẽ. Legatum. ij. ſ. v. ¶ Secundus si testator: pohibuit. vt in auc. de here. t fal. ſ. si po expressim. Rõ. q; cũ testator: possit tollere falcidiam. multo magis trebellianicam q̃ minus est pulegiata vt. ff. ad l. falci. l. in quarta. ſ; ꝺnum teneat glo. in aũt. ſ; cum testator: C. ad. l. falci. Sz cõis opi. verio: est q; põt. vt in. d. ſ. si po. ¶ Tertius est q̃ substitutio euanescat. vtputa. q; ingredit religionẽ ille q rogatus est si fine liberis rcederet. vel nõ maritaret t hmõi. vt in aut. nisi rogati. C. ad trebe. Addo quartum quando iudicis officio ꝓpulsus solum adijt hereditatem. quia sic totum restituet. Insti. de fideicõ. here. ſ. in primis.

¶ Utr; legatis multis factis tã ad pias cãs q̃ nõ pias excedẽtibus facultatem hereditatis. debeat fieri detractio tam de legatis ad pias cãs an ſoluz de aliis. ff. ẽlibz. in. d. l. si qs ad declinandam. q; sic cõiter de oibus. Nec ob. q; cessat falcidia in ꝑdictis q: nõ est falcidia ſ; declaratio legati inanuter ſci ab initio vt. ff. ad treb. l. i. ſ. si is q̃ dragita

¶ Quid cõputat in istis ltis. ff. Pa. ſ; in. c. Raymutius. ẽ testamẽtis. q; i ltia que dr falcidia q̃puent iure institutionis nõ cõputantur nisi ea que venerũt iure institutiõis heredi. nõ aũt legata vel alio mõ puenientia. In quarta vero trebellianica cõputant nõ solũ que veniunt heredi iure institutiõis ſ; oia q̃puentũt ei ex testõ. puta iure legati vl donatiõis. nõ alia puenietia ei testm.

Additio t de predictis est casus t ibi Bar. Ang. t tmo. in. l. quartã. ff. ad. l. falci. t ibi ponũt rõnem differentie. in ltia vero que puenit iure nature cõputantur nõ solum ea que puenũt ex testamẽto quocũq; titulo. sed etiam vndecũq; sint pfecta vt pz in turibus allegatis i gl. d. c. Raymutius. t in. l. in quarta. ff. ad. l. fal. Distinguit tñ Pa. ibidem circa hoc vltimũ sic q; aut pr donauit filio ob cãm puta dotis. vel donationis ꝓpter nuptias. t illud cõputat eam ltia. aut donauit simpliciter t si donatio tenuit. puta q: donauit emãcipato vel pp meritã. sic nõ cõputabitur. Si po nõ tenuit in vita patris. hz sit ꝓfirmata morte. cõputabit cũ ltia de quo vide t dic in aut. ex testamento. C. de colla. t in. l. filium quem habentem. C. famu. her.

¶ Utr; qs possit deducere. duas legitimas portiones. s. liam debitam iure nature t trebellianicam. olim fuerunt opi. in. l. q̃ ẽ. C. ad. l. fal. sed, hodie dic cuz bar. in. d. l. q̃ ẽ. t in. l. papinianus in. ſ. meminisse. ff. de inoffi. te. t bal. in d. l. filium quẽ habẽtem t canonistas.

in.c. Raynutius. ꝛ.c. Raynaldus. de de te. q̄ si subditio seu rogatio sit pure facta aut ad certū diem. q̄ perinde est ac si sit pure facta tunc non poterit de trahere. nisi vnam quā voluerit. Si vero rogatio. sit facta sub dōne vl ad incertum diem sic poterit detrahere ambas duas. ꝛ sic concorda ius cum le cum canonico quod videtur discorda re in hoc. ꝛ hec est cōis opi. fm pa. in d.c. Raynutius ꝛ rationem diuersitatis vide ibi p eum.

17 ¶ Utrum legitima portio que debetur iure nature amittatur pp delictum patris in lesam maiestatem. ff. d. Lar. in de. pastoralis. de re iudi. in ver. ceterum dicit q̄ landu. tenet q̄ non. vnde dicit q̄ filij audita cōdēnatione patris sumūt ꝛ dolose si capiunt suam legitimam nō tenētur saltem in foro anime ad restitutionē faciendā p̄cipi q̄ p̄sit tenere de iure nature eā per positionem ius nō p̄t tolli ar. in. d. ff. ceterū p hoc detesta. Raynutius. §. q̄. ff. q̄ pater nō pōt p̄uare filiū legitima nisi in cāu ingratitudinis vt. C. de inoffi. te. l. q̄n in p̄cedentibus facit. c. ius dictū de ꝓbo. signi. in auc. de here. ꝛ fal. §. si qs autem nō iplens dī q̄ ēt p̄ reatū inobedientie nō pōt p̄uari filius legitima. Sed ꝛ. in. d. ff. ceteꝝ tz Zanū rō q̄ p Zetum pōt tolli legitima, q̄ debetur. deducto ere alieno. ff. de inoffi. te. l. papinianus §. quarta aūt. Sed in delictis ofi Zhimus q̄ p̄ si Zetū se obligat ad penaz ff. de iure fisci. l. imperatores not. glo. ff. de postu. l. i. §. bestias. Idez tz Joan. de li. q̄ legitia. ē quota. bonoz quā p̄ hebat tēpore mortis nihil aute hz q̄ sunt cōfiscata. ff. de inter. ꝛ rele. l. iij. ꝛ q̄ no. de iure patro. l. vtiles fratres. Et hz de rigore ꝛ subtilitate iuris ifud sit verius tū mihi magis plz opi. Car. tū magis benigna ꝛ eā teneo rō q̄ p titulū lucratiuū ꝛ per donationē non pōt p̄ alienare in p̄iudiciū filij. C. de inoffi. dona. p totū ꝛ de dōa. ꝛ q̄ ibi no. in. c. fi. hz fiscus hoc capit ex titulo lucratiuo ꝛ tō nō p̄t in p̄iudiciū filij. Et

ad rationem 3en. dico verū q̄ si p quasi Zctum dāmificauit p̄cipuem in bonis ex cuius dāno p̄ esset ei obligatus ad restōnem aliter nō q̄ tūc nō est ei alie num nec ꝑp̄ie pōt dici q̄ p̄ teneatur ex quasi Zctu sed simplr ex delicto ad Jo. de lig. iā p3 rūsio q̄ in fraudē filij titulo lucratiuo sc̄a alicatio nō valet.

¶ Utr̄ falcidia ꝛ trebellianica amittā 18
tur per negationem fideicōmissi qualitate vel q̄ūtate facta ab hērede illi cui fideicōmissuz est factū. ff. fm bal. in. l. scimus. §. licēcia. C. de iure delī. q̄ sic si ille ꝓbauerit qualitatem vel q̄ūtatem fideicommissi nec aliquam ex ipsis poterit detrahere.

Egitimus filius quis dicatur vide. ō. ¶ filius.

Eno gs dicatur. ff. gl. in. §. qō si. i adulterio. xxxiij. q. i. q̄ est g dānatam adulteraz ducit vel g recōciliat sibi eam vt. C. de adul. l. castitati vel g scīēter tz adulterā vt in. d. §. qō si vl g recipit pecuniam p adulterio. ff. de adul. l. ij. §. lenocinij. Limita p̄fata in tribus p̄mis casibus vera nisi emēdatam teneret. Itez leno cinij cōmittit g q̄ūtaria mācipia habat q̄ hoc nō est minus q̄ p̄zpzio tē poze questum facere. l. palam. §. lenocinium. ff. de ritu. nup.

Epzosus saparat ab habitatiōe hoiuz vt in. c. i. de ziu. lepzo.

¶ Utruz lepza post veniens dissoluat 1
matrimoniū. ff. q̄ non vt p3 in. d. c. i. ꝛ. ij. co. tit. Sed sponsalia bene solut. vt p3 in. c. fi. eodem tit.

¶ Utr̄ vxor teneat cohabitare cū viro 2
vel eōzio vir cū muliere lepzosa. ff. fm gl. in. d. c. i. q̄ nō in eadē domo vl lecto sz bñ tūr ei debitū reddere vt in. d. c. ij. Sz pe. aureolus in. iij. di. xxxij. dicit q̄ vbi nō posset sine sua verisimili infectiōe ēt reddē debitū q̄ nō tūr ꝛ ponit regulā q̄ nullus tūr reddē debitus vbi ē p̄iculū vitimule ꝙ vltiata ifirmita te ꝛ facit ad h̄ q̄ dixi. §. Debitū. §. iij.

3 ¶ Utrum leprosi teneant ad decimas ℟. ℣o. in c.q. de eccles. hed. q. sic. ni si de ortis z nutrimentis animaliū sic. rum que sole excipiunt in. d. c. ij. z ꝛ̄ de alijs tenent sicut alij xpiani.

4 ¶ Utrum leprosi possint habere eccle siā z pbyterū q eis celebret. ℟. q sic si tot sint simul q eā cū cimiterio pos sint ostruē. dūmō veteribus eccls de iure prochialis nō faciat iniuriā. d. c. ij.

5 ¶ Utrum leprosi possint pmoueri. vi de. ℣. Corpore vitiatus. §. ix. q nō ne cz celebrare. nisi vt ibi dicitur.

6 ¶ Utz sacerdos z leprosus factus pos sit in prochiali ecclia plationis officio fungi. ℟. q si sine scādalo z abhomia tiōe popli nō pōt illud exercere. dz ab offō remoueri. Ita tñ q ēpūs facultates ecclie administrēt ei necessaria quousq; viuerit. vt in. c. tua nos. de cle. ergo. Rectoribus ꝛo ecclīaz q sine scādalo illoz q sunt sani nō pūt fuire altari dā dus est coadiutoz q curā hēat aiaz cui adūtori ad sustētationē cōgrua portio de facultate ecclie eiusdē assignet. vt in c. de rectoribus. de cle. egro. Ex quo pz q nō prohibetur celebrare qñ sine scā dalo potest. vt in secreto z hmōi. ar. d. c. de rectoribus.

Ex pūs q rōnalis creatura oz dinat ad gfam omissis alijs exceptiōibus legis pz fran. de mayro. in. ij. sen. est ars honeste viuendi legās hoiez ad sui obseruantiā: alr nō esset lex ntis ligaret.

1 ¶ Quotuplex est lex. ℟. vt colligo ex Sco. in. iiij. di. xvij. tripliciter. ¶ Prima dr lex nature z isto mō aliqd dr dupli citer de lege nature vno mō tāgz pncipia pratice nota ex terminis vl̄ pclusiones necessario sequētes ex eis z hec stri ctissime dicunt de lege nature. ¶ Secūdo mō dr de lege nature z large id qd est vez practicū ꝑsonū principijs z pclusiōibus legis nature in tñ q ꝑsti notū est oībus illud euenire tali legi. ¶ Scā lex dr positiua diuina q̄ ōtinet in his q̄ sunt in veteri z nouo testō z hz Brattanus vocet ipsam legē natu re limita etī q est vez. prout est posita ab auctore nature z distinguitur ꝓra tus positum ab aliquo q non est actor nature. ¶ Tertia lex dr positiua hoc ē posita ab hoibus. Multa enim ecclia statuit. z impatores vltra tus diuinum pp obseruantiam honestiorē in mori bus z pp reuerentiam maiorem in susci piendis z administrandis sacris. de pa ma z scōa habes. j. Papa. §. i. z Pre ceptum p totum. de qbus hic tractare nō intendo. sed de tertia lege positiua que q dez lex positiua tñ hz de rectiu dine inquātum a lege nature derivat. Si ꝛo discordet ab ea tam nō erit lex sed corruptio legis. vt Augu. in primo li. de liber. ar. Non vr inqt esse lex que iusta nō fuerit. Tñ inōstrum hz de iusti cia in tñ hz de veritate legis z hoc est qđ dicit Jhan. c. consuetudo. di. i. Z erit omne qđ rōne consistit. Nam ꝑm Fran. vbi. s. q̄z principia legis nature nō pūt eodem mō applicari oibus pp multā varietatē rez humanaz. tō exin de proueniūt diuersitates legis positiue.

¶ Quis potest facere leges. ℟. ꝑm bal. 2
in. l. omnes populi. ff. de iusticia z iure. q quantū quis habet de iurisdictione tñ habet de auctoritate condendi. le gē vēl statutū. nec vlterius extēdit. nisi hi quoz interest ꝓsentiāt vl̄ ad minus sint ꝑites ꝑm Inno. in. c. i. de loca. z in. c. a nobis. el. i. de sen. excō. allegat. c. fi. de his que fiūt a pla. Ratio secun dū do. Anto. in. c. cum laicis. de re. ei. non alie. quia potestas statuendi dep̄ det a iurisditione z imperio statuēn te z subiectione quo ad eum in quem statuit. c. ecclia. de ꝓsti. c. bñ qdē. xcvi. di. gl. z Bar. l. i. ff. de iurisd. om. iudi.

¶ Utz lex canonica. vel quelibet alia 3
lex seu cōstitutio. vl̄ statuti obliget ad mortale peccatū ex trāsgressione eius ℟. Pa. in. c. clerici officia. de vi. z ho. cle. q nō semp. sicut nec lex ciuilis in ducit semper decapitationem. Consi. vera ergo q aut lex habet in se mate riam precepti z veri similiter excogi tā multum a statuente. z tunc nō cu

ets de verbis. quia verba sunt accomodanda materie. ter. est cum glo. in. c. rogo. xi. q. iij. ℣ pulcher ter. in cle. exiui. de verbo. sig. ℣ sic dic ℣ inducit mortale. Si vero nō cōstat de materia vel quis esset cernus de mente statuētis ℣ vult inducere ad mortale sic inducit. Facit quod notat glo. in. c. iij. ℣. c. p. venerabilem. qui filij sint legi. ℣ ibi per per Pa. Aut cum nescitur de mente latoris. Tunc cōsidera ℣ aut verba sunt preceptiua. puta precepimus. iubemus sic obligat ad mortale. Facit. c. quod p̄ cepitur. xiij. q. i. Aut vtitur verbis imperatiui modi ℣ si materia nō est necessaria nec multum ponderosa non obligat ad mortale. vt exēplum si quis te percussit in vna maxilla prebe ℣c. q̄ est consilij. xxij. q. i. paratus. Si vero materia est necessaria ℣ multum pōderosa sic inducit mortale ter. est in Cle. exiui. in. ℌ. item quia preterea de verb. signi. Exemplus in psal. Vouete quod est consilij. quia votum fit supererogatione. ℣ redduc. illud est precepti quia quod est promissum est debitum. de pac. c. i. ℣ debitus reddere est preceptus iusticie. l. iusticia. ℌ. iuris precepta. ff. de iusti. ℣ iure. Facit quia obligare se est voluntatis. sed reddere est necessitatis vt in. l. sicut initio. C. ℬ ac. ℣ ob. Aut vtimur verbis inhibitorijs. vt inhibemus. prohibemus. interdicimus ℣ huiusmodi. ℣ sic inducit mortale sm Pa. in. c. nam ocupiam. de consti. aut loquitur per verba cōia. vt decerno statuto. ℣ similia. ℣ sic nō obligant ad mortale. vt dicit idem Pa. in. d. c. nisi cōcupiscentiam. sisi est verbū cōe innouo: ℣ ordino siue in plurali dicantur: siue in singulari. Aut loquitur p̄ verbum debet ℣ sic inducit mortale quia debet ex suo proprio significato importat necessitatem. vt gl. i cle. Antēdentes ó sta. regu. Idē dicit gl. in. c. proposuit de appe. ℣ per Bar. in. l. iij. C. de pigno. ℣ i. l. sepe ff. de of. presi. pronicie ℣ alijs allegatis i. d. cle. antēdētes per glo. ℣ quātis ratiōe materie aliquādo fit ℨgruitatio. in. c. i. de despon. impu. ℣ no. gl. in. d. l. sepe. ℣ l. ij. in dicit pa. in. c. i. de dolo ℣ ꝙu. Improprietates sunt vitāde nō adsequētiam trahende. c. ꝓterea. ℣. c. fi. ℣ q̄ ibi no. de ver. signi. iō solum habebit locum q̄ fit ꝙsilij in casu speciali rōe materie que ꝙsultiua est. Aut comminat sub pena excōicatiōis ℣ sic inducit mortale: quia nisi p̄ mortali nullus excōicat. xi. q. iij. nullus. ℣. c. nemo episcopoꝝ. ℣ de sen. excō. c. i. li. vi. Facit ad hoc in ar. c. preterea. de of. dele. ℣. l. oro. ff. de spō. ℣ l. ij. ff. de iur. om. iudi. q̄ eadem obligatiōe qua obligat excōicatio. silr ℣ illud p̄ q̄ ad ipsam pueniūtur. Facit q̄ no. in cle. q̄m de vi. ℣ ho. cle. vbi ℣ Stephanus ℣ peccat mortaliter ℌ faciens sanctioni. ℣ dē sancto ꝓprie constitutio seu lex penal. vt ibi no. gl. Aut loquitur per virtutē obediētie. vel sub pena maledictionis eternes vel sub indignationis oipotentis dei ℣ huiusmodi sic inducit mortale vt in. c. vnico. de sta. regu. li. vi. Aut consuetudo habz vt talia ꝛba obligent ad mortale. vt sic inducēt. argumen. c. dilectus de consue. ℣ l. minime. ℣ l. si de interpretatione. ff. de legi. ter. est in. d. cle. exiui. ℌ. Item quia preterea. sed adnerte hic q̄ vbi ex se inducit ad mortale nō semper peccat mortaliter contrafaciēs vt. ℌ. inobedientia victum est. ℣ ibi vide in princi.

¶ Utrum in foro ꝑscie lex canonica 4
ciuilis vel alia ēt preceptiua semper sit seruanda. ℟. q̄ nō in. xi. casibus. vt coligo ex Inno. in. c. quia plerisq̄. ó imu. ℣. c. de homi. in. c. sicut dignum. ℣ ex consilio. xxi. Fe. Jo. cal. ℣ pa. in prologo decretaliū. ℣ Joan. An. in. c. ℌ de vsu. ℣ alijs. ¶ Primus quando lex positiua distinguit. inter forum contentiosum ℣ conscientie. quia non seruabitur in foro penitentiali auctoritate ipsius legis. c. tua. ℣ quod ibi not. de sponsa. ¶ Secundus quando ius fundat se super ꝓsumptione ℣ non super veritate. quia in foro conscientie attendimus ad veritatem. vt credamus

consistenti de omnibus. q; solum agitur de prelndicio ipsius'anime.c. signi ficasti de homi. Ideo si sit veritas contra presumptionē non seruabitur. vnde lz heres nō fecerit inuētariū tamē in cōscia non tenebitur nisi in ētū hereditas se extendit. Huius ius aliter velit. quia presumit plus esse in heredita te. vt in auc. de here. z sal. no. hoc pbatur in. d. c. tua. z in. c. litteris in fi. de rest. spo. z in. c. a nobis el. i. de sen. excō. z vide Bal. in. l. prima. C. de sa. san. ec. ¶ Tertius quando lex non est ad vtilitatem cōmunem sed princeps propter vtilitatem propriam'edidit. facit iij. di. c. erit autem lex. z dicitur iniusta tunc lex ex fine secundū Pa. in. c. canonū. de consti. ¶ Quartus quando lex non distribuit eque onera subditis. sicut debet facere bonus paterfamilias quia sic est iniusta ex forma fm Pa. in. d. c. canonū. ¶ Quintus quā do excedit auctoritatem statuentis. vt patet in statuto. Episcopi quod non ligat delinquentes extra diocesim suaz etiā suos subditos. vt in. c. vt animarū de cōsti. li. vi. facit. l. fi. C. de iur. om. iu. z sic dicitur iniusta ex auctoritate. z p istis tribus casib⁹ facit q̄ notat Bar. in. l. vectigalia. ff. de publi. vbi dicit q̄ gabella licite fraudatur que iuste non est imposita. ¶ Sextus quādo. est' penalis. quia ante cōdemnationem non tenetur quis soluere in foro anime' penā. vt est glo. singularis in. c. fraternitas. xij. q. ij. de quo dic vt infra Pena §. iij. ¶ Septimus quādo ratio legis cessat in foro anime. Nam licet lex nō exprimat rationem seu causam. nos tamen debemus eam cōiecturare. z ad limites illius limitare vel ampliare eā iuxta theoricas. doc. in. l. non dubium C. de legi. Exemplum in ciuitate obsessa statuitur q̄ porte ciuitatis maneant clause. z hoc pro vtilitati cōmuni. vt'i pluribus pone q̄ contingat hostes insequi aliquos ciues. ita q̄ in damnum cederet ciuitatis nisi aperirentur porte tunc sunt aperiende. Quia esset nisi aperirentur contra bonum z vtilitatem cōem. verum est q̄ nō ptinet ad quēlibet hoc interpretari nisi periculum sit subitaneum. Vel sit manifestū legis latorem illud intendisse. sed solū ad regentem ciuitatē z hmōi. Itē alius exemplū. statuto canetur q̄ vroze morientē fine liberis vir lucretur dimidiū dotis Huius exprimatur cā tñ nos debemus coniecturare causam huius statuti. vz sumptus. mariti quos facit inducendo vrozes ad domū nec alia causa potest esse. z sic si non ducit eas nō debet lucrari. Secus esset si sic lucraretur mulier sicut vir. Quia tunc causa eximaretur affectus malitiosus. z ideo etiā si non duxisset lucraretur. hoc no. pa. i c. ex publico de comer. ptiug. facit' qđ idē pa. no. in. c. q2 in ītulis. de sta. mōa. vbi dicit q̄ lex dz ampliari z restringi ad limites rationis expresse. etiā si ver ba nō patiant. vt in. l. adigere. §. Huius ff. de iure patrona. z. i. l. cū pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. z in. l. pater. §. idē. ff. de lega. iij. Facit. c. cū dilecta. de pbr. vti. vel inuti. z bonus tex. in regula fi. de reg. iu. li. vi. z qđ no. Bar. in. l. Itē quērit. §. q impleto. ff. loca. z idem Pa. in. c. i. de iura. calū. dicit q̄ etiam in penalibus seu odiosis q̄ ratio ē expressa extendit z ampliat' dispositio legis ad limites rōnis expresse no. glo. in cle. i. in ver. eligat. de ele. z in cle. ij. in §. pilleū de vita' z ho. clericor. z in. d. regula fi. z quod ibi no. Bar. z Jo. an. in mercurialib⁹ z quod no. i. d. §. dulcissimis secus esset in dictis penalibus fm eundē Pa. in. c. i. de sen. z re iudi. vbi allegaret' simile subterminis facil oribus vel paribus. vt notat Inn. in. c. cū speciali. de appel. Item iste casus p batur quia ratio legis plus debet attendi q̄ lex ipsa. l. i. C. que sit lō. cōsue. z p ma di. c. consuetudo. vbi dicitur lex est quicquid ratione consistit. vñ Bal. in c. i. de consti. dicit q̄ lex p̄sistit in substantia rationis. z. barto. in. l. cum mulier. ff. so. mat. dicit q̄ rō legis. z mens legis idē est: z ppterea dicit gl. in. l. i. z

ꝫ.C.que sit lon.ꝙsue.q non minus ds attēdi rō legis ꝫ lex ipsa.hoc intellige de rōne finali que dr ipsa lex ſm bal. in.c. dilectus. el.ij. de rescrip. t in.l.si ꝙs seruo.C. de fur. dicit q rō finalis est ala legis. Item vbicuqꝫ hꝫ locum rō legis hꝫ locum etiaꝫ lex.C.de interdic. l.i.fin Archi.t legitur Se.in.c. vbi pi culum.de elec.li.vi.fmo plus etiam si verba ꝺdicant vt.l.scire oportet.§.aliud in ꝓbo ſꝫ.t si maxime verba legis ff.de excusa.tuto.nō enim in solus.sed in sensu ꝙsistit euangelium.c. marchion.i.q.i.t.c.intelligentia. de ꝓb.signi. Facit tex.in.l.iij.C.de li ꝑte.vbi enim ingt manifestissimus est sensus testatoris inter pretatio ꝓbor nusqꝫ tantum valet vt melioꝛ sensu existat.Bal. etiaꝫ in.l.cōmissorie.C.de pac.inter emp. t ven.dicit q iudici hꝫ sit ipsorita necessitas seruādi statutū ſm formā put iacet ad lſam.ar.l.ꝓme.§.si is q nauē.ff. de exercito.tū nō habebit locum hec necessitas: nisi saluo intellectu q lſa occidit spiritus viuificat.t facit ꝓ hoc gl. in.c.illo vos. in ꝙ. pignus de pigno. Et ad iura que dicūt legem seruādam etiam in foꝛo aie.dic q vez qñ est eadem rō in vtroqꝫ foꝛo:q sic nō cessat in foꝛo aie.uta.ſc.pa.in.c.tua in fin. de vsuris t qño rō vel cā finalis pēt cognosci.vide.ſ.cā.§.v. Octauus qñ verba legis nō adaptant ad aliquē casum nec eius dispositio adaptabit si de mēte alr nō ꝓstet.hoc est notabile dictum Bar.in.l.iij.§.tenens.ff.de dāno infec.t in.l.ita autē.ff.ꝺ adminis.tu.t ibi dicit.statuto cauet q ꝓsoluant ꝓ gabella de quolibet ꝺcto ſex denarij ꝓ libra. illud nō habebit locum in re mextimabili q cum ꝓba nō adaptent.nec dispositio. Facit.c.idēnitatibus.§.ſꝫ cuꝫ eas.t ibi Se.de elec.li.vi. t bar. in.l. ꝓstitutum.ff.de testa.mi.Nonus qñ lex ciuilis hꝫ nō sit improbata de iure canonico soluet lucrum odiosum primo vel rigorem quēdam exēplum.in.c. filius noster de testa. vbi hꝫ lex ciuilis disponat valere legatum rei alicui tū nō est seruanda in foꝛo aſe q soluet lucrū odiosum heredi:nec est fundata super nāli egrate apte nō ꝓstito de voluntate defuncti.t facit in simili.c.ex ꝑte in fi. de cens.t.c.dilecti de iudi.t.c.i.de do lo.t ꝙu.de quo dic.vt.§. legatum.l.§. xxiij. Decimus qñ lex est minsta sine ex forma vl ex fine vl ex auctoritate vt di citur.dj.iiij.t.v.casu sine etiam qualitercuqꝫ inducat ad peccatum ꝙtra legē dei aut iuris canōici vt sunt leges que ꝓcedunt vsuras.ꝙtra.c.sup eo de vsuris. Item que ꝓcedunt incantationes ꝙtra ventos t nubes sicut.l. eorum.C. de male.t mat.ꝙtra.xxvi.q.v.t. vi. in multis.c.notata. Itez que ꝓcedunt ꝑ scriptionem cum mala fide ꝙtra regulam possessoꝛ.de regu. iur. li.vi. Item que ꝓmittunt deceptionem inter ꝙtrahentes ꝓsq ad dimidiam.ꝙtra illud q non egit dolum t.c. Item que nolūt ali quem obligari ex nudo pacto ꝙtra c. iuramenti.xxij.q.v. Item que nolunt valere legata ad pias causas. nisi p tot testes ꝓbent ꝙtra.c. relatum.el.i.t.c. cum esses t.c.indicante.de testamēte. Item que nollunt teneri heredem ex delicto defuncti.ꝙtra notata in.c.in litteris de rapto.t in.c.tua nos.de vsuris Item que nolunt ſpurium alendū contra nālem pietatem. Item que ꝓhibēt vel ꝓmittunt aut dispōnunt sup contra hendis matrimonijs dissoluendis. t hmōi ꝙtra canones. Item que ꝓhibēt cōprehensam in adulterio teneri in.l. crimen.t.l.castitati.C.de adul.ꝙtra.§. subauditur.xxxi.q.i.intelligē si vult corrigere se. Item que ꝓcedunt ꝓ ubinatum ꝙtra illud.ero.xx.non mecaberis. Item que ꝓuate ꝓsone ꝓcedūt homicidium.ꝙtra illud.nō occides.t de hu iusmodi habes in locis suis diffusius Educerte tñ q quando lex vel statutuꝫ aliqd denegat ꝓ equum bonum publicum.vtputa.q nō soluens gabellaꝫ non audiatur.vel instrumētum qđ nō est registratum in libris cōis reputetur falsum? habebit locum in ꝓscia etiam ſm Bal.in.c.sigs ꝙ triginta. si de fen-

do. controuer. hue. Item exemplificat Bar. in extrauagãti ad reprimendum in verbo denunciationem in macedoniano ⁊ veleiano. quod nota. Undecimus. quando lex ciuilis non fuit moribus vtentium recepta ⁊ canon non disponit aliter expresse non obligat de necessitate vt no. Pa. in. c. litteras de iura. calum. De lege canonica vel statuto. dic. vi. ꝛ. Constitutio. §. i. quando non fuit moribus recepta.

§ ℂ Utrum clerici ⁊ alie persone ecclesiastice teneantur seruare leges aut statuta laicorum. ℟. Pa. in. c. ecclia sancte Marie de consti. Aut lex disponit specifice super rebus ecclesiasticis ⁊ bonis earum. ⁊ sic est nulla tanꝯ conducta ab eo qui non habet potestatem. ⁊ sic non est seruanda. quia nec impera-tor aut alius secularis habet potestatẽ super ecclesias. aut ecclesiasticas personas. vt in. d. c. ecclesia. ⁊ hoc verum nisi in duobus casibus. ℂ Primus est quando est priuilegiatiua. quia potest quis priuilegiare. etiam non suum subditum. sic intellige. c. nouit. de iudi. vbi allegatur lex Theodosij. ℂ Secundus quando lex est fundata super naturali ratione quia tunc debet seruari. nõ ratione legis: sed ratione iusticie naturalis. l. scire oportet. ff. de excusa. tuto. §. qui non iuste. Aut lex disponit generaliter non faciendo mentionem de clericis vel ecclesiasticis. Sed non potest seruari sine peccato: vt in prescriptione malefideꝰ ⁊ sic non est seruanda a quocunque. c. fin. de prescrip. ⁊. c. licet mulieres. de iureiuran. li. vi. Aut est generalis ⁊ rõnabilis nec ꝺicit canonibus. ⁊ tunc si est fauorabilis seruanda est etiam quo ad clericos ⁊ ecclesiasticas psonas vt in. c. ii. regis de appel. Usi statutum qꝺ disponit. vt existentibus masculis mulier non succedat porrigit etiam ad clericos vt no. Pa. in. c. priuilegium. Si statutus de resti. in integ. Silr priuilegium cessum hoibus alicuius loci cõprehẽdit etiam clericos illius loci. ꝛ nõ exprimat. Facit. c. dilecti. de foro compe. no. Jo. de lig. in. c. q℞ Clericis. de foro cõpe. ⁊ Bal. in. l. cunctos populos. C. de sum. trini. Et no. qꝺ talis lex gñalr disponens põt se habere ad comodum ⁊ incõmodum nõ põt ꝺici preiudicialis. Exẽplum statutum disponit q℞ primo genitus succedat: certe secundogenitus. ꝛ sit clericus nõ succedet. Silr in statuto quo masculi excludũt mulieres nõ sic cedet mulier cuius sit effecta religiosa. Et tõ oẽs leges disponentes sup ℨctibus emp. vendi. dicuntur commodato. ⁊ hmõi. si nõ ꝓtradicũt canonibus sunt seruande. etiam quo ad ecclesiasticas psonas. Facit. c. i. de no. ope. nunc ⁊ ibi de mente Host. ⁊ Jo. an. in. c. ecclia. vi. li. pen. Secus si simplr afferret preiudicium vt g nõ facit inuentarium. vel g infra. tale tps non audiuit hereditatẽ sit priuatus. ⁊ hmõi. qꝛ nunq põt esse ad cõmodum ecclesiasticoꝝ. ⁊ ideo nõ tenetur. Silr qñ statutum ne possit aliqꝺ vendi. Non subditis. Aut lex ciuilis est gñalis ⁊ rõnalis: sed ꝺeniat a iure canonico. exẽplus in. c. ij. de arbi. li. vi. tunc in foro seculari seruabitur. Si non in foro ecclesiastico. neque in terris subiectis ꝺño. ecclie. q: tunc ꝺz seruari lex canonica in vtroque foro. Facit c. si duobus. de appel. ⁊ qꝺ nota in. c. qꝺ clericis. de fo. compe. Aut lex ciuilis disponit sup mã ad eccliam ptinente: non disponẽꝺo de ipsa mã. Sed tolendo lucrum qꝺ alias ꝺederat: vel imponendo penã actum explicanti. Exẽplum primi de raptoꝛe ꝛahente matrimonium cũ rapta in quo cãu lex priuat oibus bonis datis sibi a raptoꝛe. ⁊ sic nõ valet vt vult gl. no. in. c. de puell. xxxvi. q. ij. ⁊ eam sequi vꝺ Fede. cõsi. xxxv. ⁊ mihi placet quia vꝺ itimidare matrimonium. ⁊ sic non est seruanda etiam quo ad non ecclesiasticos. Exemplum secũdi: statutũ punit ℨhentẽ sine ꝛsensu patris vel agnatoꝝ ⁊ nõ valet ℨm pa. vbi. s. Item aliud exẽplum lex punit mulierem ℨhentẽ. infra annum luctus vt. C. de secũ. nup. quasi ꝓ totus. ⁊ nõ valet ratione ꝓdicta. Sed hoc

limito nisi pena apponeret fauore filiorum & propter culpam matris sicut lex que imponit penā matri: que agnouit tutellam filij trāseunti ad secunda vota non petito tutore filio vt in.l.oēs matri.C.ad tertu.q2 tunc valet. Sint lex ciuilis disponit circa accidētia temporalia ad actum spiritualem vt in dote & tunc nō ptradicit canoni valet.c. Raynutius.x.c.Raynaldus.de testamentis.& quod legitur x no.in.c.ij.de do.post diuor.re.Et hoc verum nisi in timidet ptractionem matrimonij. Si vero contradicit canoni tunc pendet ab illa questiōe cuius fori sit causa dotis.& Inno.in.c. de prudentia de do. post diuor.re.& Pa.tenuit q est mixti fori. & sic lex seruabitur in foro suo. & canon in suo foro.& locus erit preuentioni.c.cum sit generale.de fo.compe. Sint lex ciuilis procedit circa actus spiritualem presumendo & lex canonica inueniretur ptraria. puta lex presumit matrimonium si masculus & femina simul habitāt.l.in liberte.ff.de ritu.nup. si sit libera.& non faciat questus de? corpore. Ut ibi lex canonica presumitur adulterium siue fornicationem.xxx.q. v.aliter.& sic standum est in vtroq3 foro iuri canonico:q2 lex imitatur canones.c.clerici de iudi.Et secundum hoc limita iura que dicunt leges seruādas: que non ptradicunt canonibus.

6 ¶Utrum in penalibus fiat extensio legis.ff. Jo. de Imo. & sequitur Beri.in.c.si postq3 de elec.li.vi. & secundum mentem comprehensiuam sic. & fortius in fauorabilibus.l3 secundū mentem extēsiuaz nō fit in penalibus c.statutum de elec.li.vi. In alijs autez non penalibus fit extensio ex idēptitate rationis.vide de hoc gl. & Be. in.c. sepe.de tēpo.ordi.li.vi.& j. Pena.§.v.

7 ¶Sed quomodo mens comprehensiua legis monstratur.ff. scēm Jo. de Imo.& Be.in.d.c. si postq3 de ele. li. vi.q? et quatuor.¶ Primo ex cōmuni vsu verboz.quia prenalet omni rigori & significationi verboz.ff. de leg.iij.l. Idozeum.§.q? tamen cassitō. & de consue.c.cum dilectus. ¶Secundo si aliter intelligendo sequeretur absurdus sensus cum debeat esse possibilis & honesta.alij.di.erit aut.& no.bar. in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur. Exēplum.lex dicit.qui occiderit hominez capite puniatur.si ad litteram deberet intelligi sequeretur q occidens se defendendo: vel furiosus esset occidendus contra Le. si furiosus de homi. quod est absonum.¶Tertio monstratur mens comprehēsiua. Quando in illa est expressa ratio: q2 ex illa vt dictum est colligitur mens legis. Facit Le.l.de Lec.Exemplum in.c.ex parte de postulan.vbi prohibitio de aduocando facta monachis extenditur ad canonicos: quia l3 sint diuersi tamen quia cōstitutio fundat se super religione ideo extenditur etiam ad canonicos.& ideo omnis constitutio que habet respectum ad religionem l3 loquatur de monachis comprehendit etiam canonicos & omnes qui promittūt tria vota.secus si loqueretur de religione cum aliqua qualificatione.puta monachus niger & huiusmodi. ¶Quarto comprehenditur mens legis quando per eādem constitutionez vel per alias apparet id quod ibi est positus gratia exempli fuisse positum sicut in.l.l.ff.vti possi.dicitur q l3 verba edicti loquantur de ede tamē in fundo ettaz habz locū.vt in.§.hoc interdictū oibus ibidē. ¶Qnaz deprehenditur mēs extēsiua 8
legis.ff.Jo.de Imo.& Be.vbi.ē. q cō
prehenditur ex idēptitate rationis nō
scripte.vt in.l.i.C.de interdic. & re. Fa
cit.c.inter ceteras. de rescrip.x.c.ij. de
transla. prela. Nam de similibus ad
similia idem iudiciuz est vt in .d.c.dē.
¶Utrum lex seu constitutio concer- 9
nat futura solum.ff. Pa.in.c. cognoscentes de consti. q sic ne afficiat aliquos sine culpa & hoc nisi caueatur in lege vt extendatur etiam ad preterita.
¶Utrum cuz lex vel statutū loquitur 10
per verba preteriti tēporis indulgēdo

alīquid extendatur ad futura.ff. Pa. in.d.c.cognoscētes q nō: ne detur mā delinquēdi. vt est tex.in.l.ritas hāc materiam in l.cū lex.ff.de legi.p quā dicit bar.q si statuto cauet q glibet bannitus solues.x.eximat de bāno.nō hz locum respectu eoz q.bānitū detinuro: qz daret mā delinquēdi.secus si cessaret hec rō: qz hz loquat p ꝓba preterita vel ꝓnta extēditur ad futura: qz lex semp loquitur.l.arrianī.C. de here.

11 ¶ Quomodo interpretatur vide.ē. in terpretatio in principi.

12 ¶ Nō lex icipit ligare.ff. q ad hoc q lex sit.oz vt ꝑstituatur scōo vt promulgetur: z publicatio est vltimus actus pticēs legē scōm gl.in cle.plogo p.l. bu manū.C.de legi.z tō postq̄ est solēnit edita ligat statis scientes sine expectatione alterius temporis.vt Pa.no in.c.d. de postu.prela.z glo.z paulus in.c.i. de re.ec.nō alie.li.vi.

13 ¶ Sed qñ ꝓsumit scia legis.ff.pa. in d.c.cognoscētes.q in legibus z ꝑstutionibus inferior tps est arbitrariū hz loci qualitatē z ꝓditionē psonaꝝ. In legibus aūt imperator ꝓsumit scia post duos mēses a publicatiōe facta in puincia.vt in auc.vt facte noue ꝑsti.Jn ꝑsti tutiōe vero pape Jo.an.in data.li.vi. vult vt liget post duos menses a publicatiōe facta Rome.hz rōnes sine nō mihi placēt.z tō idē dicā q de ꝑstitutiōe iperatoris.Et sic vf etiā tenere Pa. in d.c.cognoscētes.z hz papa dicat hēre pedes plūbeos.habet tñ epos z archiepos per quos noticiam dare potest.

4 Utz volēs ꝓbare ignorātiam sit admittēdus.ff.Pa.in.d.c. cognoscentes q sic sine aliquo dubio.vt in.c.fi. qui matri.accu.pos.z in.l.fi.ff.de decre.ab oz.Et sic patet q in conscientia nō ligatur ignorās sine culpa sua. Aliter su perflue z frustratorie admitteret ad pbandū ignorantiā.z hoc ē sine dubio qñ lex regrit dolū facit gl.in.c.ad falsarioz.de cri.fal.alias secus esset.vide.ē. Ignorantia.ℏ.iij.z distingue.vt ibi.

15 ¶ Quo tollitur lex seu ꝑstitutio per cō suetudinem.vide.ē. Consuetudo.ℏ.ix. z.x.z.j.Statutum.ℏ.xxi.

¶ Utruz tollatur p legē ꝓrariam.ff. 16 Pa.in.c.cū accessissent.de ꝓsti.z bart. post Ly.vt in.d.l.oēs populi. dicit q sic.hz nō fiat mētio de ꝓma.nisi habeat clausulā derogatoriam ad secundas qz tūc opus esset facere mentionem de ꝓma.ar.l.si qs in ꝓncipio.ff.de legat.z in.c.nōnulli.de rescrip.Aliq tñ in d.l.si qs. dicūt q si loquamur de ꝓtti legio vel rescripto.z testamēto q̄ sūt ꝓnuata lex.sic oportet fiat mentio qñ hñt clausulam derogatoriaz ad scōm. Si aūt loquim̄ de legibus z statutis. nō oportet fiat mentio etiā si hñt clausulam derogatoriā ad scōm p Cle.dudum.de sepul. qz cum ꝓsumant oēs scire videntur scierer velle revocare statuendo in ꝓximum.sed secus est in ꝓmulgata que est in facto z mihi placet.

¶ Utrum ex nō vsu inducatur ꝑsue- 17 tudo derogatoria legi.ff. vt colligo ex Pa.in.c.Joannes de cle.quia.q aīt non vsus hz in se actum tacitum ctra dispositionem iuris. z tunc inducitur ꝑsuetudo.Exemplū lex defert hereditatem cōiter z equaliter filys tam masculis quam femininis.l.maximus vticum C.de lib.preter.sed ꝑsuetudo defert primogenito: vel solum masculis.hz secundogenitus. vel femine nunq̄ sint vle illa lege cōi.tñ ꝑsuetudo inducitur pp actum ꝓximum legi. Si vero non vsus nō hz actum ꝓximum nec tacitū nec expressum legi.sic nō inducitur ꝑsuetudo ctra legem p nō vsum sic ꝓbi gratia. hz forte sint plusq̄ centum anni q nullus vendidit hermofroditum nō tñ est abrogata.l.querit.ff.ō sta.ho. que vult vt extimetur scōm statum ꝓtualentes. Sitr hz nō agam ꝓtra eum q mihi dānum dedit actiōe legis acquie nō tñ p hoc abrogatur illi legi:qz illa lex nō necessitat ad agēdum hz dat facultatem.

¶ Utz actus gestus ꝓ legem sit nul- 18 lus ipso.ture.ff. q nō in quattuoz casibus puto qñ cā.phibitionis nō est ppetua sed tpalis.vt in.c.i.de mat. cōtrac.

contra inter. eccle. ꝛ dicitur tpalis qñ
est restricta ad certum tps. puta phibe
tur matrimonium pp veneationem
certi diei. Silr de professione facta in
fra annum que phibetur in c. ad apo
stolicam. de regu. li. vi. Secus si phibi
tionis cā est ppetua. puta cum phibe
tur aliqd pp malum quod inde sequi
poterit vt mr̃imonium pp ꝓsanguini
tatem: ꝛ hmōi. ꝛ sic intellige. l. non du
bium. C. de legibus. ꝛ. c. vides. x. di. ꝛ. c.
ꝓtra dicentes. xxxv. q. iij. ꝛ. c. nō opor
tet. xxxij. q. iij. ꝛ ista est theorica gl. in
c. tua fraternitas. de spon. duoꝝ. secun
do qñ ꝓhibitio legis ꝙcernit princi
paliter fauorem alicuius talis phibitio
ꝝ potius vt exhortationis respectu il
lius ꝑ cuius fauore principaliter fit: q
pōt renūciare. ꝓ hoc. iij. di. §. hec ꝛ
si leg. bus. hoc ponit pa. in. c. ad apo
stolicā de regula. ꝛ infert q̃ posset per
hoc intentari: licet statuto caueatur ne
mulier possit ꝑtem facere sine ꝓsen
tia duorum agnatoꝝ q̃ valeat ꝑctus
sine eoꝝ ꝓsentia: si statutum expres
se nō annulet actum ſcm̃. Facit. l. si qs
in scribendo. C. de pac. facit. d. c. ad
apostolicam. vbi ꝑz obligationem ac
gri de cetꝰ fit actus phibitus a lege fa
uore ꝑsteri volētis. Tertio qñ lex dat
certam formā sup eo quod aliqui con
uenit ex sua ꝓpria ꝓfate. Exemplū eps ex sua
iurisdictione pōt absoluere ab excōica
tione. vbi ꝙditor canonis sibi nō reser
uat. Attamen lex dicit q̃ nō absoluat
nisi factat sic vel sic: si facit ꝓtrariꝫ te
net m̃ absolutio: secus qñ lex dat pote
statē illi q̃ eā alias nō hꝫ cum tali for
ma q: si nō fuat forma nihil facit. hoc
capitur er dño Lar. in clemē. i. de iure
patro. ꝛ ꝙcor. gl. ibi dez. ꝛ Pau. Quar
to qñ lex punit ꝓtra facientem. q: tenet
si expresse nō annulet ſcm̃ ꝓtra: secus
qñ nō punit sed solum prohibet: q: sic
nō tenet ꝛ sic loqtur lex nō dubium. C.
de legibus. hoc ponit dñs Lard in cle
men. i. de rescrip. diuersa m̃ circa hoc
est doctoꝝ opinio: quibusdam dicenti
bus q̃ in oibus casibus facta ꝓtra le

gem sunt ipso iure nulla: nisi iure speci
ali actus sustineatur secundum Jo. an.
in. d c. ad apostolicam. ꝛ cū eo cōiter
doc. Sed mihi placent dicti quattuoꝝ
casus in quibus valēt gesta ꝓtra. l. qui
faciunt ad magnā declarationē dicte
l. nō dubium: ꝛ per quos clarius potest
intelligere qñ factum ꝓtra legē alia le
ge sustineat: q: tunc qñ aliqs de predi
ctis quattuoꝝ casibus ꝙcurrit.

¶ Utrum facta in fraudem legis tene 19
ant. R. q̃ nō. vt no. Bar. in l. amplius
ff. rem ra. ha. allegat. l. si libertus mino
rem ꝛ ibi tex. ff. de iure patro. secus eēt
si fieret in fraudē hoīs: etiam ꝑncipis
vide Pa. in. c. dilectus. el. ij. de ꝓben.
ꝛ qs not. in dicta. l. si libertus. ꝛ quo
modo sit fraus legi. vide. ē. Fraus. §. ij.

¶ De ista materia legis vide. ē. Con 20
suetudo. ignorantia. ꝛ. j. Statutum vñ
appellatione legis cōprehenditur con
suetudo. Facit. c. i. tūcia gl. i. ꝛ. ij. ō spō.
vnde ꝙsuetudo est quedam lex. l. de q
bus. ff de legi. ꝛ di. i. ꝙsuetudo.

¶ Aduerte scōm Jnno. in. c. fi. de re. 21
nō alie. ꝛ segtur Pa. in. c. i. de resti.
in inte. q̃ vbi ius canonicū in alia ma
teria dat regulam ſpallem: q̃ nō debe
mus illam distinguere per ius ciuile.
verbi gratia canon indurit suam solē
nitatem in alienatione rei ecclesiastice
Jdeo non debemus seruare illam iu
ris ciuilis positam in aurē. hoc ius. C.
de sa. san. ec.

¶ Utrum condentes leges iniquas 22
peccent. ꝛ ad quid tenentur. R. q̃ licet
de iure tales leges seu statuta non va
leant. viij. distin. que contra. ꝛ. xxxij. q.
vij. flagitia tamen facientes ꝛ consen
tientes peccant mortaliter. de quibus
Jsa. x. de qui condunt leges iniquas.
ꝛ si sint ꝓtra libertatem ecclesiasticam
sunt excōicati. vide. ē. Excōmunicatio
vij. casu. xij. ꝛ tenentur restituere omne
damnum quod prouenit alicui ratiōe
talis legis. Et oēs voluntarie observan
tes silr mortaliter peccant. ꝛ ofa acqui
sita occasione talis legis tenētur restitu
ere sicut in simili dicam de participan

tibus cum raptoribus. z non solū dicū tur inique quando sunt contra legem dei z nature: sed etiā quādo sunt contra ius positiuū ad pauperes opprimē dos. z° institiam impediendam. secundum No. Quod no. bene.

3 ¶ Utrum lex indulgens aliquid qđ potest intendere in alterius preiudicū intelligatur saluo interesse partis. ff. q sic vt tenet Bal. de pa. iura. fir. z Pa. in. c. i. de iudi.

24 ¶ Lex commissoria quid sit. vide. j. Pactum. §. xvij.

Jbellarius contractus. q dicitur datio ad libellū idē est q emphiteosis z iō ibi vide. z de laudemio soluendo ꝙuis quidā vt Bart. in. l. si finita. §. si de vectigalib°. ff. de dam. infec. teneant q differt q: empphiteosis fit a domino: sed datio ad libellū fit a nō domino. scilicet vasallo emphiteota z hmōi sed temporibus nostris cōmuniter nō differt nisi qñ fit illicite z vsurarie. vt patet. infra. Usura. i. §. xliij. z. §. lxiij.

Jbellus famosus est cōpositio in scriptis in infamiā alicuius: eius quo probare nō vult° z in publico tactata.

1 ¶ Que pena componentis libellum famosum vl inuentum qui nō combussit vel destruxerit: sed dolose manifestauerit vim ipsius. ff. Secundū glo. in sūma. v. q. i. Si cōuictus est secundū leges decapitatur. Sine deportatur. v. q. i. c. hi qui inuenti. z. l. vnica. C. de fa. libe. z fit in testabil. iij. q. iij. ob carmē ff. qui testa. face. non pos. l. qui. Secundum canones verberandum. est vt in c. i. v. q. i. z Anathematizandus vt in dicto. c. hi qui. z. c. ij. eadem. q. Sed si sponte cōfiteur nō timore probationū multus agitur cū eo. v. q. i. c. ij. z sic punitur. ad arbitriū iudicis. de offi. dele. de causis in fi. Si vero vellet probare quod in eo cōmetur nō punitur. Ut i dicto. c. ij. quia expedit crimina nocentium nota facere. ff. de iniur. l. eum qui. in pncipio. z. C. de iniur. l. ij. Quod verum intellige secundum Azo. z Host. in iudicio q: extra nemo debet aliū prodere. vi. q. i. summa de penitē. distin. i. homicidiorum.

¶ Utrū teneatur talis restituere famā ff. q sic. aliūn libellum in contrarium faciendo: z vltra hoc tenetur leso satisfacere de alio damno. vt supra. Detractio. §. iij.

Jber dicitur ille qui nullius subest. potestati. ff. de capti. z postuli. rener. l. non dubito. §. liber autem populus.

¶ Liberam habet ptātem quādo sine alterius consensu quis potest dispone re z nō aliter in. c. fi. de postula. prela.

¶ Quid excludit verbum libere. ff. q 2 oēm moram z conditionē. c. extirpandum. §. penul. de preben. li. vi. z de officio ordi. c. ordinarij. §. q si forte li. vi. z ibi per Jo. an. z Archi. de homi. p humani li. vi. imo sm alios de notat quādam prerogatiuam absolutam seu dominium super actum cui adicitur vt l. procurator cui libera. ff. de pcura. z. l. insiurandum quod ex commentione. §. fi. ff. de iureiurā. de electi. c. cum nobis olim in fi. vide per Barto. in alio. ff. de ali. z cibā. lega. z Pa. in. c. cum liberū de sepul. z in. c. vestra. de loca vnde liberum dominium non habet quis super actū quē qñ vult illuz exercere impeditur aliqualiter. Omnis enim prohibitio siue temporalis siue perpetua cōtradicit liberali. l. libertas. de sta. ho. quod no. quia facit ad multa.

Jbertus est fuus manumissus ꝺ quo vi de. j. Manumissio.

Jttera an pūdicet scribenti. ff. de. pa. in. c. fraternitati. de clerici. nō resi. concludendo post Barto. in. lutius. ff. de fideiusso. Aliut sūt littere generales sicut cuz dicitur presentium latori adhibeas fidem. z huiusmodi. Et isto casu cuz iste lator non possit cōtrahere vel aliquid intentare in preiudicium scribentis: si cui scribitur sibi mitaret pecuniam. z

huiusmodi nō ꝓiudicaret scribenti. vt in.l.fi.C. qō cum eo qui in ali. potestia. quia potius sunt littere recomendaticie nisi aliō addatur. puta sō periculo meo. vl hmōi. vl nisi dolose decit illi literas: quia tunc teneretur. ar.l. ꝙ vendito.ff.dolo. Si vero sūt littere magis speciales. puta quia dicitur in eis. tali de mea intentione plene informato ad hibeas plenam fidem: quia tunc tenetur. ꝛ aget acti mandati ꝯtra scribentem ille cui scribuntur: sed nō debet ei credere in aliquo ꝙ ei appropꝛietur facit. l. fi ꝯ remunerandi. ff. man.

¶ Quid de eo qui litteras alterius aperit vide. ē. falsarius. §. vj.

1 ¶ Utrum damnificans proximum ex literis teneatur ad restitutionem. vide infra. Restitutio pꝛio. in ver. scriptura.

Litigiosa res dicitur de cuius dominio causa inter petitorem ꝛ possidentes mouetur in iudicio. vide. ē. Lessio actionum. §. ij.

1 ¶ Utrum res litigiosa possit alienari vide ibidem in pꝛin.

2 ¶ Utrum litigans teneatur ad restitutionem expensarum ꝛ damnoꝝ parti aduerse. ꝛ. ꝙ sic si sciebat iniustam causam fauoꝛe: aut si a pꝛincipio non scinit tamen in pꝛocessu cause cognouit iniusticiam. ꝛ non desist tenetur. argu. in.c. dominus. de secun. nupt. ꝛ in.l. si quis in sticiatus. ꝛ ibi Barto. ff. depositi.

Litigiosus idem est ꝙ contētiosus. de quo vide supra Contentio. ꝛ discordia. ꝛ grauius peccat per se quam adulator: quia litigiosus frangit amicitias ꝛ sunt illi propꝛie qui ad omnia contrariantur causa contristandi de nullo curantes. vt dicit philo. tertio ethi.

¶ Utrum litigiosus debeat ordinari ꝛ. ꝙ non. xxxvi. dis. §. i.

Oca An liceat mendicantibus dimittere. ꝛ. ꝙ capta ante concilium de quo in c. cum ex eo de excess pꝛela. lib. vi. non possint aliter sunt excommunicati ipso facto Clē. cupientes de penis sed capta post illud concilium bene possiunt dimittere sm. Lap. quem sequitur dominus Petrus de ancha. ꝛ Bemi. in. d. c. cum ex eo. ꝛ in. d. clementi. in verbo hactenus. i. vsq; nunc quia sm Papiam hactenus per. h. aspiratum facit. duas partes scilicet hac ꝛ tenus. i. vsq; nunc. Ex quo infert Bemi. ꝙ fratres ordinis mei Bononie in monte potuerunt dimittere pꝛimum locum quem ceperant ꝛ alium capere cū habeant licentiam capiendi vnum locum in dicta ciuitate.

¶ Utrum dicti mendicantes possint ca de nouo capere. ꝛ. ꝙ non ad habitandum in que sunt propinqua habitationibus hominum sine licentia sedis apostolice que de constitutione bonifacy expꝛessam faciat mentionem sec esset de locis i heremis vbi nō est pꝛo pinqua hominum habitatio quia illa de licentia suoꝝ pꝛelatoꝝ ꝛ capere ꝛ mutare possunt. d. cū ex eo. Et no. ꝙ illud. c. non pꝛohibet tranſitū singulorum fratrum de loco ad locum qui est permissus ex causa. c. licet de regula. cū similibus sed pꝛohibet nouum capitulum siue nouum cōuentū capi vl locum ad locum mutari secundum. d. pe. de anch. vbi. ē. ꝛ sic patet ꝙ captio casetarum vel mutatio quas mendicātes capiunt ad habitandum ex transitu vel pꝛo infirmitaria ꝛ hmōi non cadit sub ista pꝛohibitione sed solum quando pꝛo nouo conuentu seu capitulo capiunt.

¶ Utruꝝ loca exempta sint in diocesi taliter ꝙ in ea delinquentes incidant in excōicationem p statutuꝝ diocesani impositam contra taliter delinquentes vide. ꝛ. Statutum. §. ij.

¶ Utrū pꝛefati mendicantes possint augumentare loca sua sine licentia pape. ꝛ. fm Lapū vt recitat Be. in. d. c. cuꝝ ex eo ꝙ sic quia ista acquisitio. ꝛ post acquisitionē hedificatio est de actibus iaꝝ permissis. l. ab ea parte. ff. de

proba. ergo illi iuri antiquo stabit nisi q̃tenus ei derogatū est p.d.c. cū ex eo quod tñ in duob⁹ immutat. s.in acgsitio ne habitationis in loco de nouo: z sc̃ndo i mutatõe z trãslatõe gb⁹ in nullo casu noiter cõcludit. Itẽ prohibi tus acgrere nouū ius in re nõ prohibetur augmentare ius iã quesitū ante p̃hibitionẽ. vt in.c.fi.ff.g.y.ō pcel. prebẽ. li.vi. sic in ꝓposito vide de hoc.s. ex cõcatto. vij. casu. xliij.

Locatio est plone vel rei ad vsuꝫ facta cõcessio mercede in pecunia numeranda quenta. Alias si res vel species daretur nõ esset locatio sed gratuita munoiatis s.do. vt facias z agereẽ p̃scrip. ver. ff. depositi. l.i. §. si gs seruū z ideo locato: of qui sub mercede pecuniaria locat dominū suam z hmõi conductor g ipsam accipit soluendo pensionẽ vt in dicto. §. si quis aduerte tñ q̃ contracꝰ munoiatus inducitur ꝑ naturam Jctus noiati cui assimulatur nisi aliꝰ actū fuerit vt in.d. §. si gs segtur bart.

1 ¶ Quid potest locari. ff. q̃ omnes ille res que vendi possunt nisi sint seruitutes prediales vt iter actus via ꝛc. q̃ locari non possunt vt est tex. z gl. in. l. locare. ff. locati seruitutes aũt personales que sunt vsusfructus bene possunt locari. ff de vsufruc. l. arboribus sed nõ seruitus vsus vt in titi. de vsu. z hab. §. minꝰ. sed si fit ab vsufructuario extinguitur locatio per mortẽ ipsi⁹ vsufructuarij. vt. C. de iur. do. l. si socius. z per maximam z mediã capitis diminutionẽ. titi. de vsufru. § finitur. Et ꝑprietario autem fieri non potest locatio seruitutis personalis.

2 ¶ Locare non potest aliquis prelatus religiosus ad vitã: nec ad certū tempꝰ s. longum. redditus: vel partẽ eorum. aut iura aut possessiones monasteriorum: vel aliã administrationẽ sibi cõmissã nisi necessitas vel vtilitas expostulet quentus: z cũ cõsensu quentus: vel si nõ hꝫ tunc cũ consensu fiat superioris. aliter sui p̃sus est ipso facto: nec conductor agritur aliquod ius secus ad modicũ tps. hoc no. in cle. monastice rioꝝ. de re. ec. non alie.

¶ Utrum fructus decimarum possint locari ad annuũ censum laicis. ff. pa. in. c. vestra q̃ sic.

¶ Utrũ bñficiatus possit locare reddi tus sue ecclie sine alia licẽa. ff. pa. in. d. c. vestra q̃ sic. Intellige ad nõ magnũ tempus. puta ꝓ. ix. annis põt. Facit gl. in. cle. i. de re. ec. nõ alie. nec vz statutum seu ꝓhibitio supiorꝭ in cõtrariũ hoc ꝑpedire: propter verbum libere qđ ponitur in littera. d.c. vestra.

¶ Sed quid si ante tempus locatiõis finitum moriatur. ff. q̃ extinguitur locatio quia comparatur clericus vsufructuario vel vsurario c. vlti. de pecu. cle. z ideo extinguitur sicut ius vsufructuarij. de dona. c. ꝑsitatiõibus de pigno. c. vlti. fin Joã. mo. qui sic no. in. c. hoc cõsultissimo de re. ec. non alie. li. vi. z si soluit pẽsiones nõ rehabebit a successore in eodem beneficio nisi sit cõuersus in vtilitatem ecclesie. vt no. Host. in. c. y. ne prelati. vices. suas.

conscientiam ideſt firmam credulitatem de ipedimẽto q̃uis clare nõ sciat ſiſſe peccat mortaliꝫ cognoſcẽdo ſiue talis ꝓscientia ꝓcedat ex phabili cã vel temeraria niſi eã deponat qñ ꝓ̃o habz ſcrupulũ ꝓscie.i.qz dubius eſt tũc ſi ex leui vl temeraria cã dz deponere ⁊ ſic petere ⁊ reddere põt ſine peccato. Si ꝓ̃o dubiũ ẽ ex phabili cã põt reddere ſz non petere dz aliter exponeret ſe piculo ⁊ peccaret mortaliꝫ. ſed reddẽdo nõ qz in dubio obediendũ eſt. ⁊ excuſatur.xxiij.q.i.quid culpatur.

9 ¶ Utz talis hñs phabilẽ cãm credẽ di ꝑiudicet ſibi ſi ad mãdatum ecclie reddat debitũ.ff.ẽm Tãc.Inno.⁊ to. An.⁊ Pa.in.d. ꝓpoſuit q̃ ſic qz niſi velit cũ ea eſſe tãqz cũ vxore ꝑpa nõ dz hoc obedire.⁊ ẽ ſiue opi.lz Hoſti. ⁊ gl.i.d.c. ꝓpoſuit teneat q̃ dz obedire niſi ſit certꝰ ſz iſtõ nõ teneas qz nõ dz ꝓra ꝓscietiã formatã venir.ar.de reſti. ſpoc.lſas ſz i ꝑbẽdo alimẽta ⁊ hmõi bñ debet obedire niſi ſit certus.

10 ¶ Utrũ liber Zhẽs cũ ancilla ignoraãter quã poſtmodũ bñs eius facit liberã teneat ſtare cũ ea.ff.q̃ nõ qz mrimonii nullã fuit: ⁊ ſp ei cõmiſcuit ex primo ꝓſenſu q nullus fuit.ar.C.ad velei. l.Iuis ꝑm Bofre.⁊ Io.xxviij.q.ij. ſi qs igenuus.⁊ Bcr.i.c.vlti. de ꝑiu. fuo gdã cũ tenẽt q̃ ſi, mrimoniũ ſi pꝰ ma numiſſionẽ illa cognouit eum Zhere itẽdẽs qz ipedimẽto ſublato q̃ hoc nihil ipedit.⁊ ꝓius credo q̃ ea q̃ no.glo. i.d.c.ad nras.nã vr ãtiquus ꝓſeuerare niſi ꝓꝰ exꝑmaꝫ ꝺ bap.c. maiorẽ i ſi.

11 ¶ Utz liber Zhẽs cum aſcriptitia.aut originaria ignoraãter teneat mrimoniũ ff.lz Nug.xxviij.q.ij. in ꝑn. q̃ ſic qz edictũ ꝺ mrimõio ẽ ꝓhibitoriũ.⁊ Zhẽ tales pſit.C.ꝺ agri.cẽ.⁊ colo.l.vl. iõ lz

12 ¶ Quid de libero ꝺtrahẽte cũ filia ſer ue vbi ꝺ ꝓſuetudie patrie ẽ q̃ partꝰ ſe quat patrẽ.vt i.c.lz de ꝑiu.fuo.ff.q̃ ſi ꝓſuetudo ſit ꝓſcripta.lz mr eius ſit ſerua q̃ vez erit matrimonium. vt in.d. e.licet dñmõ pater ſit liber.

14 ¶ Sz põe q̃ liber q ꝺtraxit cuz ſerua ignoraãter poſtmodũ ſcies ꝑuã nihilominꝰ vult mrimoniũ eẽ lz illa nõ vult nũqd erit.ff.q̃ nõ lz vez ẽ q̃ cõpelleret ab eccliã niſi trãſiſſet ad ſcda vota.

¶ Utz liber poſſit ꝓpria auctoritate ancillã quã ignoraãter acceperat vxorẽ dimittere cõperto q̃ ſit ꝑua.ff.q̃ q̃.ad thoz certũ ẽ q̃ ſic q̃ ꝓ̃o ad cohabitatiõnẽ lz Ricar.in.iij.di.xxxvi. q̃ nõ li ꝓ̃ xit in facie ecclie aut coꝝ teſtibus ſecus ſi clãdeſtine ſed hoſti.⁊ multi alij ſunt ꝓtrarie optinẽtis qñ ſeruitus ẽ notoria ſicut ⁊ in adulterio de q̃ habes.j.mrimoniuz.iiij.i ꝑn.⁊.q.i. Sz ego dico q̃ opio Ricar.eſt quo ad cohabitationẽ vt ꝑz i.c.ꝓzo de diuoz.lz quo ad, reddition em vel petitionẽ debiti eſt vera ſcda opio ⁊ ſm hãc diſtinctionẽ intelige ⁊ limita.d.c.ꝓzo.

¶ Quid ſi ſeruꝰ ꝓtraxit mrimoniũ cũ ancilla vel cuz libera q̃ ſcit eũ ſeruũ.ff. q̃ lz de iure ciuili mrimoniũ nõ teneat vt i.l.cuz ancillis.C.ꝺ ſcel.⁊ inutil mrimoniũ de iure canonico tz cui ſtãdz eſt in hac mã ſpuali vt in.c.penl.⁊ vlti.de ſecun.nup.⁊ no.Bar.in.l.ꝓulegia.C.de ſa.ſan.eccle.⁊ eſt gl. in.q. de re. iur.li. vi. Vñ no.q̃ aut talis ſeruus vel ancilla ꝺtraxit cuz voluntate dñi ſui ⁊ tunc magis ſñr ad reddẽdũz debitũz vxori q̃ ad ſeruitiũ dñi qz ex quo ꝓſenſit ad mrimoniuz vr ꝓſenſiſſe ad acceſſoria c.pudẽtiã de offi.deleg.⁊.l.ad legatũ ff.de pcura. nec põt eum dñs taliter.ꝺ ſtrahere q̃ ipediatur reddere debitũz loco ⁊ tpe debito aliter ſm Sco.iiij. di.xxxvi.q.i. peccaret mortaliter dñs. Et idẽ dic ſi ſunt diuerſoꝝ dominoꝝ ſi ambo cõſenſerũt. Et ſic intellige ⁊ limita Trãce.⁊ alios q̃ vident velle q̃ nõ poteſt eos vendere.ſ.taliter q̃ redditio debiti impediatur. aut ꝺtraxerũt dño ꝺtradicente aut ignoraãte. ⁊ ſic lz teneat mrimoniuz tñ magis tñr dño ꝙ petẽti debitũ vt no.do.An. Lar.⁊ Pan.⁊ cõiter doc.in.c.i. de conũ.ſe. ⁊ poterit eos vendere ad libitum verum tamen vt dicit Sco.vbi.ſ.de bono ⁊ equo dz in eoꝝ venditione at-

tendere q̄ sibi possint reddere debitū
imo dico q̄ de necessitate teneť si cum
equali cōditione vtili sibi hoc pōt face
re alias non ť sic intelligit Sco.

16 ¶ Utrū liber g ℣xit mſimoniū se vē-
dēs inseruū aut q̄litercūq; si efficiatur
seruꝰ diſolutat mſimoniū. q̄ nec va
let venditio q̄ se vendidit q̄ nō ℔ po
testate sui corporis. xxxiij. q. v. q̄ deo
nisi vxo: ad hoc ꝓsentiat. Hoc limitat
S. Bo. in. iij. di. xxxvi. verum quan-
tū ad eā seruitutē qua ipedirēť q̄ ad re
dditionem debiti secus in alia seruitute
que nō impedit. Aduerte tñ q̄ ℔ error
impediat mſimoniū nō tñ obligat ad
culpā ℣hētes cū seruus solūmō peccat
ť credo mortaliť seruus vel ancilla qui
scienter ℣hit cum libera ignorante eius
seruum vel ancillam q̄ vť eis ℣tuz in
ipso est dolum ť in re notabili inferre
ť multo magis peccant mortaliter si
cōmiscent cum eis ℔ nō peccent ipsi li
beri existentes in bona fide.

Impedimentū

v. dſ votū. l. ca
stitatis. Unde
no. q̄ oē votū castitatis emissum obli-
gat ad id q̄ est ℣ vnum q̄ ē de essen-
tia mſimony vt supra patuit. Et ideo
ipsum mſimoniū ipedit ť si sit tale vo
tū solēne taliť ipedit q̄ nō ℔ mſimoni
um post ℣etum ℔ est nullum. Si vrro
nō sit solēne ℔ solū simplex ipedit qdē
℔ tñ post ℣etū ℔ vt no. in. c. rursus. c.
ꝓsulunt. ť. c. insinuaste g cle. vł vouē. xx.
viij. cā p totum nec cures de opinione
Hugo. q̄z dicē Ber. in. d. c. rursus tutio
rē q̄ nō ē vez q̄ ℔ vtrūq; votū cōsti-
ter. obliget q̄ ad deuz tñ eccliā nolunt
statuere vt mſimoniū post ℣etū nō te-
neat nisi solū de ℣cto p votū solēne vt
p3 per. c. vnicū de voto li. vi. ť est cōis
opi. tā canonistaꝝ. xxvij. q. i. ť g cle. vel
vouē. q̄ the. i. iij. di. xxxviij. q. ät sit vo
tū simplex vł solēne vide. ĵ. votū. i. ℣. 8.

1 ¶ Utrū ℣hēs post votū simplex pecez
mortaliť. ℟. sin Gasp. cal. i. d. c. rursus
q̄ aut q̄ℓ ℣hit ℔ aium ꝓsumādi ma
trimoniū ť sic peccat mortaliť q̄ sacit
℣ votū. xxvij. q. i. in multis. c. Aut ſ hā
buit aium ꝓsumādi ℔ religionez intrā
di añ ꝓsumationem ť sic nō peccauit
mortaliť ℣hendo q̄ i nullo facit ℣ vo-
tum ť sic ꝑcorda opi contrarias.

¶ S℔ ponē q̄ hūs votuz simplex casti
tatis ℣hat nūq̄d poterit ꝓsumare sine
peccato mortali. ℟. q̄ si ℣xit aio nō cō
sumādi ℔ itrandi religionē sed ꝓsitō
℣xit mutat ꝓpositū ť alī exigit debitū
q̄ reddendo nō peccat mortaliť q̄: ad
hoc teneť nec mutando ꝓpositū peccat
mortaliť q̄: nō erat illud ꝓpositū firma
tū sub voto ť sic poterit esse q̄ post vo
tū simplex castitat̄ q̄ ℣hat mſimoni
um ť ꝓsumat sine peccato mortali se-
cus si fecisset votū religiōis q̄: ℔ possit
℣here sine mortali cū ꝓposito non cō
sumandi nō tñ poterit cōsumare sine
mortali petō q̄ añ ꝓsumationem pōt
illud ipliere ℔ nō sic in ꝑsato casu q̄: in
religiōe talis nō tñr itrare ť nō itrans
tñr reddere exactus nec ob. c. ℣gines
xxvij. di. q̄ iteligit de ꝓfitente se car
nali aio post votū aduerte hic ť i. ℣. p
cedēti q̄ si talis ℣hendo cū itentiōe in
trādi religionē si videret q̄ illa cū ℣
hit mortaliť ledēt puta q̄ cū maiori
difficultate inenter alīū vīz non credo
euaderet mortale nisi itenderet ei satis
facē ť oīno teneret ei satisfacē vbāno.

¶ Utz talis g ℣xit post votuz simplex
castitatis posſit sibi exigere sine morta
li petō. ℟. gl. i. c. agathosa. xxvij. q. ij. ť
in. c. gdā ť in. c. placet de quer. ꝓuig. tz
q̄ nō ℔ no. gl. in. c. ſi gs votū. xxvij. q.
i. recitat quosdā tenere q̄ solū ꝓma vi
ce peccat mortaliter: ℔ nō posſea: q̄ q
mſimoniū sequens votū extinguit. vt
in. d. q. i. in. c. i. de viduis. el. ij. ť sequū
posſit. in. d. c. rursus ť cōiter doc. ť hāc
opi. dicit cardi. in. d. c. rursus verior ť
iure. ℔ Jo. an. ť cōiter sequentes i. d. c.
rursus. dicūt primā opinionē tutiorem
quā theo. in. iij. di. xxxviij. cōiter sequū
tur posset tñ ꝑdicta diuersitas reduci
ad ꝓcordiā. vz vt ꝓma opinio hēat lo-
cū q̄n gs ſi ſi peteret redderet se nimis
onerosuz alteri parti maxie ſi ille ą fecē
votū ſit vir q̄: sic petendo ꝓpter istū respe

etiam nõ peccaret. ꝛ sc̃da opinio loquitur ꝛ intelligatur qñ quis solum petit ad satisfaciendum suo appetitui vt sic nõ possit petere sine peccato mortali. Si quis tamen vellet simpliciter tenere qꝙ pou consummatum matrimoniũ nõ peccet exigendo etiã ad satisfaciendũ sibi noli eũ ꝺẽnare de mortali qꝛ de iure nõ vꝫ minus vera ꝙ sc̃da licet sit tutius nõ exigere si põt. qꝙ si nõ põt abstinere ab exigẽdo petat dispensationem ab eꝺo vt possit exigere. ꝛ qꝙ eps er cã possit dispẽsare in hoc casu tenẽt cõiter doctores in. d. c. rursus. ꝛ cã legitia dispẽsandi ẽ tale periculuꝫ. qꝛ difficile ẽ vt in medius vndis ꝗs siti labore. Nã ꝛ eps dispẽsat ꝓpter periculum fornicatiõis. vt post votũ simpler castitatis ꝗs ℨhat. vt in. c. veniens. q. cle. vl vo. Jte cũ ĩcestuoso. vt no. glo. i sũma. xxxij. q. v. ℌ. ꝺ penitẽtiꝫ ꝛ i isto cãu.

4 ℂ Utr supradictus mortua vxore possit aliã accipere. ℟. ℨ Hugo. ꝛ Archi. xxx. q. i. ꝺ eo. ꝛ. xxxij. q. ij. antiq. qꝛ nõ qꝛ votum non erat ablatum sed executio voti de conuer. coniuga. c. qꝺam ꝛ iꝺẽ dicit Archi. ꝺ vxore qꝛ ad ꝓceptuꝫ viri fregit vota abstinentie ꝛ huiusmoꝺi sed tu ꝺic vt. j. votum. i. ℌ. xiij.

5 ℂ ℨ põe qꝙ ábo q fecerant votum castitatis simplex ℨhant simul nungd tꝫ mrimoniũ. ℟. Jo. xxxij. q. i. in. c. si qs votũ qꝙ imo tꝫ sed neuter poterit exigere ſ si viderit alteruꝫ affectare poterit ꝓmisceri ꝛ vterq; reddere ꝺ ꝛ hoc est verius Pa. ꝺo ꝺicit in. c. tua nos ꝺ iureũr. qꝙ si suspitio est de incõtinẽtia qꝙ eps ex offo reintegrabit vt vterq; possit exigere vt no. glo. i. c. nosce. xxx. q. i. ꝛ i. c. qꝙ deo. pri. xxxij. q. v. sed si sine dispẽsatiõe contingentur tenet Jn no. in. c. ꝺudũ de ꝙuer. ꝓiu. qꝙ ples nõ erit legitia qꝛ nõ ẽ aplius mrimoniuꝫ q ad exercitiũ carnis. Jdẽ tꝫ gl. lxxxi. ꝺi. c. ministri. Jdẽ ꝺic si post ℨctũ ambo fecerint votũ castitatis vt no. pa. in. c. clarissimus de ꝙuer. ꝓiuga.

6 ℂ Quid ꝺe illo q post votũ simpler iuranit alicui ꝺ eã accipieñ. ℟. agat penitentiam de iuramẽto qꝛ nõ valet. c. ruffus q cle. vel vo. silr nõ tꝫ votũ simplex post iuramẽtũ ꝓstitũ ꝺ ℨhẽdo ꝺm host. ꝛ Bofre. nisi sit de religiõe itranda qꝛ põt intrare seligiõez. c. omnissum ꝺipo.

ℂ Utr hñs votũ castitatis grẽs an teneat matrimoniũ si ℨhat sit el rñdẽdũ ℟. qꝺ ꝺicũt qꝛ nõ qꝛ si ꝺicat qꝙ sic ꝺabit ei cãs peccẽꝺi si ꝺixerit qꝙ nõ mẽtietur. Alij aũt ꝺicũt qꝙ põt rñdere qꝙ tenebit qꝛ ꝛ papa hoc facit ego ño credo qꝙ põt rñdere qꝙ tenebit ꝺũmõ taliter ꝙuet scm̃ qꝙ nõ sit ipmãꝺũ rũdẽti ſz ei qꝛ ex bono malũ accipit si postea ℨhat marie qñ videt qꝙ votũ nõ ꝓuat qꝛ ſi video qño nõ possit ꝺicere facere voluẽti oio maiuꝰ malũ qꝙ poſſ illo ꝺimiſſo faciat minus. xiij. ꝺi. nerui. cũ filiꝫ.

Impedimentũ

sextũ ꝺ ꝙsanguinitas q̃ est vinculũ ꝓsonaꝛ ab eoꝺẽ stipite ascendentium vel descendẽtium carnali ꝓpagatiõe ℨctum ſm host. in sũma eo. tit. Nec ꝙsanguinitas hꝫ tres lineas ſz cõiter doc. vna ascẽꝺẽtiũ altera descendẽtiũ ltia collateraliũ. A ꝓima gscꝫ trahit originẽ sicut pr̃ ꝛ auus ꝓ auꝫ ꝛc. ꝛ iꝺẽ ꝺic ꝺ mr̃e auia ꝛc. Jn ꝓpetuaꝫ memoꝛia ꝛ genus vt est filius nepos ꝓnepos abnepos ꝛ sic silr filia neptis ꝛc. Tertia respicit illos q nec ip si a nobis nec nos ab ipsis traximus originẽ tiũ ab eoꝺẽ sanguiẽ sũt ꝓpagati vt ꝺuo fratres ꝺ eoꝛ filij q patrueles ꝺicunt ꝛ filij pfatoꝛ ꝛ iꝺem i seminis hec. pbãt. xxxv. q. iij. c. i. ꝛ ꝓtotũ. ff. ꝺe gra. l. i. ꝛ. l. fur. ꝙsultus hꝫ ẽt hec ꝙsanguitas gradũ q ꝺescribit sic Gradus ẽ hitudo distãtiũ ꝓsonaꝛ q̃ cognoscitur quot a generatiõis distãtia ꝺue ꝓsone distant iter se ꝛ colligit in. c. lfis ꝛ. c. ꝙ ꝺilectio ꝺe ꝙsan. ꝛ affi. ꝓ cuius ꝛtelligẽtia no. iiij. regulas. Pria qꝙ aliter cõputaꝛ gradꝰ collateraliũ i linea ꝺ iure canonico Alr ꝺe iure ciuilis ꝺuo ffes sine ff ꝛ soꝛ: faciunt vnũ gradũ cum pr̃e ꝛ mr̃e ꝺ iure canõico ſz ꝺe iure ciuili faciũt ꝺuo q ascẽꝺis ꝺ filio ad patr̃ ꝛ sic pmũ gradũ posꝛa ꝺscẽꝺis de

patre ad alium filiuz vl sororē ꝛ sic est scōs gradus ꝛ tō in mrimonio attēdimus ad ius canonicū. Rō huius diuersitatis redditur. xxxv. q. v. in. c. ad sedem ꝛ ibi vide. Scōa regula q pſona addita pſone p carnis ꝓpagationē in linea ascēdentiuz vel descēdentiū addit gradum dēpto stipite q tō dmi q filius est de sanguie pris ꝛ mris vñ nō fit de stensus p duos gradus ſz tm̄ p vnum de pre ad filiū: vl ecōuerso. Rō q: sicut vnus nō est nūerus ſz pncipiū numeri sic hic. Itē si qs vult facē vnā fenestrā regrunt necessario due colūne ſz si alia vult addere sufficit vna sola sic i ꝓposito tertia regula ē q in linea trāsuersali toto gradu pſone descēdētes a stipite distāt inter se quoto distāt a stipite vñ nepos ex vno filio ꝛ pnepos ex altero filio distāt a se in so gradu ex vna pte ꝛ in tertio gradu ex altera pte. Quarta regula q̄ pſone distāt ęqualr a stipite dz cōputari ſz gradū magis remotuz a stipite ꝑ ętū ille remotior distat a stipite tm̄ intelligaⁿ iter se distare. vt. c. vlt. ō ꝙsan. ꝛ affi. Et si ꝙsuetudo eēt in patria q cōputatio icipet a ꝓpiori illa eēt ꝓuāda pp scādalū. vt i. c. q̄ dele ctio. ō ꝙsā. ꝛ affi. Q̄ō credo vez i ꝟbo dz ſz i ꝟcto tene vt dixi q a remotiori debet fieri: nisi ſm. j. dicam ipedimento. xvij.

¶ Sed q̄ro vsq ad quē graduz ꝙsanguinitatis ipedit mrimoniū. R. q ō dictamine legis nāe ipedit mrimoniuz filij cum matre ꝛ filie cum pre. Ben. i. reliquet hō patrez ꝛ matrē ꝛ adhere bit vxori. sed magis est ꝟ ius nāle q̄ō filiꝰ haberet matrē i tali turpitudie. vt subiecā. ꝛ ꝓterea philo. viij. ō anima libus narrat de camelo q cū cooperuisset matrem post cognoscens interfecit genitorē. Silr de equo q eū ꝓcubuisset cū matre coopta. discoptaz cognoscēs ꝓecit se de alto ꝛ interfecit se. Ex dictamie legis diuine ꝓhibenē matrimonialr copulari ꝙsanguinei i primo gradu ꝛ scdo i linea ięqli ꝙsanguinitatis ꝛ affinitat] et ꝑz leui. xvij. q. nico. de li. sup Iosue. xv. limittat vez. s. ne nepos accipiat amitā ꝓpter reuerentiam sed q patruus accipiat neptē ꝓcēditur vt ꝑz ibidem q: frater caleph. accepit eius filiā capta ciuitate. Et statuto legis ecclīastice ꝓhibet matrimonium. vsq ad quartum gradū ꝟclusiue. c. nō dz. de ꝙsan. ꝛ affi. Decr. Richar. in. iij. distinctiōe. xl. vñ ꝟbetes infra tales gradus nulla lōgitudine ānoz defendunt qn sint icestuosi. d. c. nō dz. Quidaz hanc ꝓhibitionē vsq ad quartū graduz dicūt verā i collateralibus. ſz i descēdentibus tenēt q ē ꝓpetua ꝓhibitio. Rō q: maioz reuerētia debet parētibus remotis ꝗ̄ ꝓpinqs ꝛ huius opinionis. est Richar. vbi. s. Pe. Nugo. No. ꝛ Alex. in l. nemini. C. de nup. Sed ego credo cū Bofre. q nō sit ꝓhibitio ēt in talibus nisi vsq ad ꝗ̄tū gradum. q: cum. d. c. debet loquat indistincte de ꝙsanguinitate nec nos distinguere debemus.

¶ Quid si duo ꝟbant simul quorum 2
vnus distat a stipite qnto gradu vl. vj. alter ꝑzo vl scdo. R. q̄ mrimoniū tz. ꝛ ęqus hosti. dicat vez si alter sit in ēcūdo vl tertio ſz nō si sit in ꝑmo. quia vna caro, cēsent cū stipite. tm̄ hoc nō teneo nec alius doctor: hoc tz tō tene q tz mrimoniū. vt etiam dr. ex quo cōclude q ipetras dispensationē a papa vt possit ꝛtrahere in tertio vel quarto gradu ꝙsanguinitatis ęqus ex alio latere pſona cū qua vult ꝛtrahere sit in secundo nihilominus valet dispēsatio ſm Pa. in. c. q̄ō dilectio de ꝙsan. ꝛ affi. q: ęqus dispēsatio ꝟ ius stricte interpretāda. tm̄ interpretari potest ſm dispositionē iuris cōis. q̄ō vult vt cōputatio fiat a gradu remotiori. ꝛ sic non erit surrepticia talis impetratio quāuis nō sit exꝓssum q ex alia pte erant in secundo gradu ꝟiuncti. Al ꝟsor ꝓterit cū talibus dispensare ille cui generaliter ꝓcessa est auctoritas dispēsandi in tertio vel quarto gradu. vt patet supra Dispensatio. §. vnij. Et sic ꝙsulunt Jocal. vt recitat. d. Jo. an. Anto. de santo geor. gio. in. d. c. q̄ō dilectio.

Impedimentum septimum dr cognatio spiritualis que qdem est qdam proximitas psonarum proueniens ex sacramenti datione vl ad illud tentione. Nam sicut homo p carnalem, cognationes accipit esse nāe.ita i. regnatione accipit esse gratie. ¶ de hoc habetur. xxx.q.i.oēs.de cognatiōe spūali.c. vlt. Usi si talis cognatio p̄cedit mr̄imonium nō solū impedit.ꝫ dirimit.post ytracum.xxx.q.i.c.i.¶ de cogna. spiritu.c. veniens. Si ꝙ segtur.nō dirimit. sed impedit quo ad exactionē debiti carnalis si sine necessitate ytrahit.vi.xxx. q.i.ad limina.¶ sciēter nō p errorez.c. si vir de cogna.spi.alīs nō scōz Theo. in.iij.di.xlij. Ber.ꝙ.¶ rodoñ.i.d.c.si vir.videnī innuere qꝫ scienter sine necessitate cōtrahens ipsam cognationes spūalē pōt ēt exigere.q: nullo iure inuenitur ꝓhibitum. Doc idē ꝫ Lar.ibi dē.ꝫ tutius est petere dispensationem scōz Pa.in.d.c.si vir. ¶ Host. q: glo. xxx.q.i.in.c.nosce.¶ Jo.an.¶.d. Ant. i.d.c.si vir tenēt qꝫ nō pt exigere. ¶ cū ipsis ꝫ. S. Tho.i.iiij.di.xlij. ¶ pt eps dispensare vt exigat scōm Pe. de pal. tractu tū reddere tenetur.

¶ Ex qbus sacramētis ytrahīt cognatio spūalis.ſz.qꝫ ex tribus solū.ſ. ex baptismo ꝙfirmatione. ¶ catheciſmo. vt no.in.iij.sen.dis.iij. ¶ habeē in.c. Ex uis de cogna.spi.li.vi. Attamen cognatio q̄ cōtrahitur in catheciſmo licet impediat ytrahendū:nō tū dirimit ytractū de cogna.spi.c.ytracto.¶.xxx.q.i.si gs filiastrā.¶ est clarū per.c. per catheciſmū.de cogna.spi.li.vi. Et qd sit catheciſmus.vide.ē.Catheciſmus.

2 ¶ Qualiter cōputant gradus in cognatione spirituali.ſz.Pa. in ſtica.c. ti.qꝫ nō habet gradus. sed habet tres species. ¶ Prima dr paternitas. q̄ est inter regeneratū ¶ regenerantē.siue regenerās ministret sacramentū. siue teneat ad sacramentū ēt.q̄ tenentes sint plures.vt in.c.ex uis eo.ti.li.vi. ¶ Secūda est cōpaternitas que est inter regenerantem ministrantē vel tenentem seu tenentes ad scīm ¶ genitores regenerati ¶ ministrās vl tenētes si sint cōiugati ¶ cōsumauerūt mr̄imoniū trāsmittūt hāc cōpaternitatē etiā ad vxorem siue virum ita qꝫ vxor cognita vel vir efficit cōpater genitorū leuati ab altero eoz. co.ti. Martinus.¶ li. vi. eo.ti.c.nec dū. ¶.xxx.q. iiij. si qs secus si vxor nō esset cognita.xxx.q.iiij. post vxoris. Ideo successiue qs pōt habere duas cōmatres vxores. ¶ Tertia ſpecies dr fraternitas q̄ ytrahīt inter regenerātū ¶ filios regenerātis ministrātis vl tenētis ad sacramētū.xxx.q.iij.pictatiū ¶ eo.ti.ex litteris.siue sint nati aū hāc cōpaternitatē:siue post eo.ti.c.tua nos. filij ꝙ quoꝫ neutro ad cōpaternitatē est deuentū pūt inter se libere ytrahere nisi ꝙsuetudo ytrariū haberet. q̄ scāda lum generaret.ytractū tū teneret.vt cō munius tenēt in.c.vtꝫ eodē ti.nisi eēt talis cōsuetudo de qua.i.dicā q̄ dirimit Impedimēto.xvij.

3 ¶ Utrū filius vxoris ex altero viro sit frater spiritualis filij spiritualis mariti dicte vxoris ꝓ̄s cognite aīnēs teneret vir eiꝰ dciñ filiū.ſz.Se.in.c.i.ō cogna. spi.li.vi. Dicit qꝫ.d.ant. ꝫ qꝫ nō. qꝫ nō reperit expſſiꝫ. Ipe ꝙ Se.vī tenē ꝫm um.qꝫ tenēdū est aī scīm: ꝫ post tene opinionē primā ꝙ rōnē de q̄ in ſc.§.

4 ¶ Utrum pater spiritualis licite possit cōtrahere cū so:ore carnali filij spiritualis.ſz.qꝫ sic ¶ etiā cū eius filia ¶ ēt cū filia spirituali sui filij carnalis,quia licet cognatio spiritualis a patre in filium trāseat.nō tū ecōuerso. Unde non habet ramos ¶ cū edicto de mr̄imonio sit ꝓhibitorū.de spō.c.cum apud. xxiij.q.iij.§.si qs ¶.c.ſe. Ideo nō egre dietur ꝓsonas expressas q̄ i ſūma. sunt x.in baptiſmo. Et similiter dicas.x. in ꝙfirmatione.vt patet in.c.i.eo.ti.li. vi. ¶ per totū titulū decretaliū.eo.ti.¶ sunt combinate. ¶ Prime sunt inter baptizatum ¶ leuantē. ¶ Sec unde inter leuantes ¶ pentes leuati. ¶ Tertie inter baptizatū ¶ filios.leuantis. ¶ Quar-

te inter leuatū z vxorē ꝓles cognitam leuantis. ¶ Quinte inter vxorē ꝓlis cognitam leuantis z parentes leuati.

5 ¶ Sed nunquid extendetur ad filios ille gitimos leuantis ad filium leuatus ℟. Pa. in. c. martinus eo. tit. q̄ sic ꝑm cōiter doc. tex. est i. c. fi. eo. ti. z. xxx. q. iij. in summa etiā ad spurios.

6 ¶ Nūqd ēt ad filios adoptiuos. ℟. q̄ nō vt tz glo. in. ℣. quod autē. xxx. q. iij.

7 ¶ An extēdatur ad fornicarie cognitā sicut ad vxorē cognita. ℟. ꝑm Archi. z Jo. an. in. c. i. eo. li. vi. q̄. nō z dicit. pa. in. d. c. Martin⁹ q̄ ē cōis opio. z ideo eā tz quā etiaz tenet Ricar. in. iiij. dist. xlij. nec cures de opinione cōtraria.

8 ¶ Querit an vir z vxor in mr̄imonio cōsumato cōicent sibi passiones ꝓpāles sicut actiones. ℟. Pa. in. d. c. Martin⁹ q̄ non vide filius altero concept⁹ si teneatur ad baptismum nō efficitur leuans ipsum nisi solū cōpater illi⁹ cuius est filius nō alterius. q̄uis i matrimonio sit ei cōiūctus. xxx. q. q. spiritualem in glo. z in. c. i. eo. ti. li. vi.

9 ¶ Utrū vir z mulier qui simul leuauerunt vnū filiū possint sic cōtrahere. ℟. ꝑm Jnno. q̄ sic. z facit tex. cū glo. xxx. q. iij. c. fi. Et sic ꝑz q̄ vir z vxor simul vnum leuare ꝓt tz nō est sit honestū.

10 ¶ Utrum non baptizatus leuans vel baptizans aliquē contrahat hanc cognationē. ℟. ꝑm Ricar. vbi. s. z Tho. z Pe. q̄ non quia omnium cognationum spiritualium que ꝑ sacramentum contrahuntur z omniū sacramentoz baptismus est fundamentum. vt in. c. i. de pe. non bap. Glo. tamen in c. in baptismate. de cōse. di. iij. tz. q̄ licet suscipiens non efficiatur cōpater. sit tamen baptizans q̄uis nō sit baptizatus. Et placet mihi. quia cum non possit dici quin sit pater illius quē baptizauit. ergo erit cōpater. secus in suscipiente quia ex quo nō ꝓt eē pater suscepti per dictū. c. i baptismate. ergo nō erit cōpater. Secus in cognatiōe spirituali passiua. ℟. glo. in. c. i. xxx. q. i. q̄ si ge tenet filiū nō baptizati vel tenens filiū alicuius baptizati efficitur cōpater patris filij leuati z alterius coniugis illi⁹ xp̄ani. licet nō sit baptizata. ꝯcor. Et libri. Itē dic qui baptizatus licet non cōfirmatus tenens in confirmatione nō contrahit compaternitatem. vt sup̄a Confirmatio. ℣. xi.

¶ Utrū nō tangens sed simulās se tenere z respondēs cū alijs patrinis efficiatur cōpater. ℟. q̄ non nisi tāgat: vel tenendo dū baptizatur: vel leuādo de sacro fonte: vel tenēdo ad ꝓfirmationē hoc sequit Jo. An. in regula qui per aliū z de re. iur. li. vi. facit. c. de ḥis. z. c. ad limita. xxx. q. i. z Archi. in. c. i. eo. ti. li. vi. alfat. c. ꝑmū. z. c. omnes. xxx. q. i.

¶ Quid si teneat z nō respondet per se hoc interdens nō efficit cō pater. ℟. ꝑm Rodoſi. q̄ nihilominus efficitur quia responsio non est de substātia. sed tactus seu tentio vel leuatio. Et q̄uis alij qui teneant q̄ necessario requiruntur verba. alij. q̄ saltem signa ꝓ verbis vt recitat Be. i. c. nedū eōdē. ti. li. vi. tn tamen tene q̄ tactus z leuatio sunt satis signa equipolentia ꝓ verbis.

¶ Quid si tū pgit puerū tz liteā soli⁹ q̄ in q̄ puer est inuolt⁹. ℟. Archi. in. c. q̄uis de cogna. spi. li. vi. q̄ nihilominus cōtrahitur compaternitas ꝑm Hugo. Idem tenet Jo. and. z no. Archi. xxx. q. iij. c. fi. z satis videt facere tex. i. d. c. q̄uis in. verbo accesserit. Pe. de pal. videtur tenere q̄ regratur tactus.

¶ Utr̄ ista ꝓpaternitas possit ℣hi q̄ 14 pcuratorē. Darfilius. z Car. vt recitat Pa. in. c. veniens eo. ti. tenent q̄ sic Jo. An. z Archi. vbi. s. tenent q̄ non Sed mihi placet opinio Pa. vt ante cōtractū matrimoniū teneatur q̄ vbi est cognatio spūalis. post ꝙtractum tenenda est alia opinio. s. q̄ nō ℣hitur. Et idē dic i vniuersitate an possit ℣he re silr̄ hāc cognatiōem ꝓ pcuratorē q̄ añ factuz sic vt singuli de vniuersitate sint cōpres. q̄ dispositio ꝓcepta in vniuersitate resoluitur vt concernat singulos de ipsa si actus non cadit in vniuersitate vt res non pereat. facit tex. in

ẽsi sñia. de sen. exco. li. vi. ꝛ glo. in. c. romana in. ℣. i vniuersitatẽ. de sen. ex co. li. vi. sed post factũ tene cuz Fede. consilio. xv. q. nõ potest. ℣pi. quia nõ habet animã ꝛ nõ est baptizata.

¶ Sed nunqd ꝓcurator erit ipse cõ pater in casu quo nõ possit ℣pi per ꝓ curatorem. ℟. Jo. An. vbi supra tz q fic. quia tz nõ intenderet obligari: tñ qz re'ierunt. ꝛ ideo ẽt extra qõ agit nasci obligatio. vt. l. si is q. in fi. ff. co mo. Sed ℣rũ tz Fede. consilio. xv. ꝛ eã verioꝛẽ credit Pa. in. d. c. veniens. Facit qõ no. Pe. de ancha. q dicit q tenens filiũ alterius quẽ credebat si liũ vnius cũ quo intẽdebat compater nitatẽ contrahere nõ contrahit cõpa ternitatẽ cũ nõ sit filius illius. Et ideo dic ut si ℣rũ verũ qõ dic Jo. An. ꝛ pꝰ ℣rum Veram opinionem Fede.

¶ Utrũ baptizãs vel ℣firmans efficiatur cõpi. ℟. oliuũ doblũ. hodie'clarũ in. c. i. eo. ti. li. vi. Uñ gcũz baptizat. siue in necessitate. siue hẽat voluntatẽ ℣hendi cõpinitatẽ siue nõ dũmõ baptizet efficitur cõpi: siue sit masculus vel femia. Nec obstat. l. cõsensu ꝛ l. in oibus negocijs. ff. de actio. ꝛ obqz hẽnt veritatẽ quando nihil voluntarie fit. sed hic licz nolit esse cõpi. tñ vult baptizare vel tenere ꝛ ideo ℣hẽ facit. d. l. si is qui. in fi. qz qui vult principale necessario vult ꝛ accessorium. nec ob. qõ dictũ ẽde ꝓcuratore scõm opi. Fe. qz ꝓcurator ñ tz noie suo tõ ñ vult nec principale nec accessorium.

¶ Utr spũales filij possint iter se ℣here. ℟. q sic etiã cuz adoptiuus. vt no. in. c. vnico de cogna. le.

¶ Utrũ pater possit tenere filiũ illius qui tenuit suũ. ℟. Pa. i. c. super eo. ti. q sic. qz nõ est phibitũ.

¶ Utrũ epus possit dispensare vt sint plures qui teneant ad baptismum vel confirmationẽ. ℟. q sic ꝑ dñicũ de setõ Georgio in. d. c. ℣nus.

¶ Sed nunqd peccent plures tenẽtes. puta duo vel tres sine epi dispensatione. ℟. si ꝑ mozez patrie cõtiꝛ tenent vidẽtur excusari a peccato ꝑm Jo. An. ꝛ archi. in. d. c. ℣nus.

¶ Quid de baptizato domo ꝓ necessitate vel alio respectu. ꝛ postea in ecclesia solẽniter. ℟. Tancre. tz. vt recitat gl. lxvij. di. c. presbyteri. q si quis milites baptizaretur. milites suscipit sacramentũ. aliter ñ fieret iniuria sacramento de consecra. di. iij. ostendit. Nec idem videt tenere glo. in. c. ij. de apostata. Sed tu tene cũ glo. in. d. c. presbyteri non est verus quia non inprimit nouus caracter. Et sic tenendo cõcludẽ q solum compaternitas contrahitur per illos qui tenuerunt in domo ꝛ non per alios qui tenuerunt in ecclesia: nisi forte illa que contrahitur per catheciimum si in domo non tuit catheticatus. sed hec vt dixi nõ dirimit matrimonium post contractum.

Impedimentum octauus di cit cognatio legalis q̃ est propinquitas personarum ex adoptione proueniens.

¶ Quot sũt eius species. ℟. tres. Una est quasi descendentium. que est inter adoptantem. ꝛ filiã adoptatã. vt in. c. vnico de cogna. le. Secunda species est quasi collateraliuz. que est inter liberos naturales adoptantis qui sunt in eius potestate. ꝛ adoptatũ. l. qui i adoptiõe. ff. de adop. Jtẽ iter duos filios filiozum adoptiuozum secunduz glo. in. d. c. vnico. instit. de nup. ℣. inter eas quoqz quod limito vez si eoꝝ patres sunt arrogati aliter nõ. Tertia species est quasi affinitas que est inter adoptatũ ꝛ vxoꝛẽ adoptantis ꝛ econuerso. inter vxoꝛẽ adoptati ꝛ adoptantem. sed non inter patrem adoptantem ꝛ matrem adoptati. ꝑm Tho. ꝛ Pe.

¶ Utruz hec cognatio legalis impediat matrimonium contrahendum ꝛ dirimat contractum. ℟. secundũ Dugo. ꝛ Ricar. in. iij. distin. xiij. Jo. delligna. ꝛ gl. ꝛ Pa. in. c. vnico. de cogna. le. q sic. quia dicit adoptione durante nuptie non possunt inter eos consistere ad idez. in. c. primo. ꝛ in. c. per ado

ptionem.xxx.q.iij.Jo.An.& Spe. te/
nent q̄ non dirimat. licet impeditat
Aduerte tamē q̄ prima species & ter
tia semp impedit. Iz secūda. nō nisi
ad tempus ideſt q̄diu sunt in eiusdez
patris pāte. sed ea soluta vel morte
vel emācipatiōe filij adoptiui vel na
turalis vl alio mō quo adoptio hz ſol
ui nō pōtat impedimētū. hoc pz. insti.
de nup. §. i. ij. & iij. & co. t. c. vnico. &
xxx. q. iij. ita diligere debet homo.

3 ¶ Utrū cognatio legalis transeat ad
nepotem. scilicet filium filij adoptiui
&. q̄ sic nec tamen hec cognatio ha
bet gradus. quia in eodem gradu at
tine pater filio & nepoti.

4 ¶ Utz filius qui nō transit i potesta
tem patris adoptantis possit contra
here cū filia naturali adoptantis que
est in eius potestate. Uel ecōuerſo. &.
Hugo. xxx. q. iij. in pn. Hosti. & Jn
no. tenent q̄ sic. sed secūdū Pa. in. d.
& vnico. & glo. in. d. q. iij. §. quod aut
& communiter doc. tenēt q̄ licet non
transeant in potestatem adoptantis
tū impeditur ne contrahere possit cū
naturali. qz p adoptionē acquirūtur
ḡdaz iura que p emācipationē diſol-
uuntur. l. penul. C. de adop. & ius ca
nonicū indistincte tenet & loquitur
de adoptato nō de arrogato. Jō idez
ius. & sic pz q̄ ēt filius illegitimus q̄
nō est in pāte patris nō potest con
trahere cū filia adoptiua patris.

5 ¶ Utruz filius naturalis arrogantis
possit cōtrahere cū filia filie adopti-
ue. &. q̄ sic quia cuz mulier neminē
habeat in sua potestate eius filia non
potest transire in potestatez arrogato
ris matris. ideo nulla cognatio inest
inter eos. ff. de adop. l. si pater. Sec⁹
esset in filia filij arrogati que in eius
potestate erat quando fuit arrogatus
qz hēre non posset cum ea hz No.

6 ¶ Utrū filij. adoptiui possint contra
here inter se. &. q̄ sic. sicut no. Hug.
xxx. q. iij. ita diligere. Iz hosti. ñ admit
tit in arrogatis ḡdiu sunt in potesta
te adoptantis. sed in adoptiuis sic.

Impedimētuz &. dī cris nal
ḡdā sunt cris
q̄ impedīt mſimoniū Zhēdū v rigore
iur]. sz ſi dirimūt Zctū. Et lex no. i gl.
c. g. pbytez. & pe. & re. & i gl. xxxiij. q.
ij. in. §. de pētētib⁹. Primū & icestus
de quo dic vt. s. Incestus. Secūdum
vxoricidiū. Tertiū raptus sponſe alte
rius. Quartū leuatio ppij filij mali
cioſe facta de sacroſōte. Quintū pbyte
ciduū. Sextū acceptio mōalis in vxo
rez. Septimū de solēniter penitenti-
bus. Iz tñ eos posset dispēsare rōne in
uentutis. xxxiij. q. ij. antiq. Sz tu dic
q̄ sufficit licentia ppij sacerdotis im
mo de ꝑsuetudine ñ seruatur ille rī
gor. vt petatur dispensatio hz Ray. &
Rodoñ. Uñ Jo. An. c. in adolescentia.
xxxiij. q. ij. tenet q̄ inuenis incestuo-
sus sine dispēsatione pt ꝙtrahere sci
enter senex. & tutius tamen est petere
dispensationē ḡdiu etiam non esset
condēnandus si non peteret. de quo
dic vt. s. Incestus. §. iij. & iiij.

¶ Que sunt crimina q̄ impediūt con
trahenti. z dirimūt Zctū. &. q̄ sūt duo
primū cū gs vīēte vxore pha ꝙtraxit
p verba de pūti cū alia. vel ecōuerſo
vxor cū alio vel fidē de ꝙtrahēdo de-
dit. & ad quodlz istoz secutum sit
adulteriū. vt in. c. fi. de eo q̄ duxit quā
post. p adul. xxxi. q. i. relatū. Ḡdūte q̄
ad iz q̄ quodlz istoz sit impedimētus
regrit. primo q̄ vterq; sciat q̄ alter eo
rū hz ꝙiugē. qz si cū ignorāte aliqs cō
trahēt posſis eē mſimoniū int eos p⁹
morte vxoris pme. vt ē casus in. c. i. e.
ti. Qđ limitat Pa. ibidē si iup indue
cta sunt igrās tāto tpe vte vxoris. Et
dī ignorās ḡdiu nō hūit certitudinē
vl pbabilē opinionē. vt i. c. ingressūs
de sen. ex. al's si certiorata de vita pri
me vxoris pmitterz se cognosci ñ pos
set int eos eē mſimoniū. d. c. fi. & sic
quūt cōiter doc. & iō dic p oīa qū da
ta fide legitur adulteriū q̄ pficiantur
d. c. fi. Scdo regritur q̄ sit fides data
de ea accipiēda. vel eā de facto acce-
perit in vxorē qz si fides data nō fuit

Et de ea accipienda. in vxore non eet impedimẽtũ. Et aduerte q aliq volũt vt pũt Ric. i. iij. di. xxxv. q ſi ſolũ nude pmiſit q ñ erit ipedimẽtũ. ſz oz ſit fides data vt iuramẽto interpoſitũ. ſed magis credo q et ex nuda pmiſſione oriatur iſtud ipedimẽtũ: maxie añ ſacrũ. Tertio regrit q p̃ mrimoniũ cõtractũ vel fidẽ data vel añ interuẽiat adulteriũ q ſolũ adulteriũ ſine ꝺcto vl datione fidei ñ iducit iſtud ipedimẽtũ nec ꝺcto ſeu datõ fidei ſine adulterio. vt. c. ſignificaſti. eo. ti. xxxi. q. i. c. i. Quarto regrit q mrimoniũ pmũ eet validũ. qa ſi pma vxor ñ erat ltia nõ erit ipedimẽtũ. vt i. d. c. ſignificaut. ¶ Si dederit fidẽ cũ adultero. z ſufficit q pmũ mrimoniũ ſit ꝺctũ p ꝓba. de plur. ſz non ſit conſummatũ. z et ſi eet ſeparatũ quo ad thor. vt in. c. ſignificauſt z. c. literarũ. eo. ti.

2 ¶ Sz qd ſi qs dedit fidẽ vni mulieri viuẽte ꝓpa. ſine copula tñ. z poſtea mortua vxore accipit tertiã. Et iſte tertia viuẽte cognouit illã. cui dederat fidẽ pmo. ff. ꝺ. ſz io. an. in. c. ſi qs. e. t. q ſi poterit mortua. iij. eũ here in vxorẽ. qz ꝑſtãte ltio mrimõio dedit fidẽ. z cogũt nec mrimoniũ intermediũ hẽt re mouere ipedimẽtũ. Facit. c. in ſcripturis. vlj. q. i. z. i. ſingularia. ff. ſi cer. pe. Sz Baſpar calderinꝰ tz ꝺctũ z ſegtur pa. in. d. c. ſi qs qz p ipm vr receliſſe a fide illi data. z p ꝓ ñ ꝓtſolũ adulterũ qõ ſi hẽt ipedire. d. c. ſignificaſti. z h tenẽda p̃ ſcm̃ ſz añ illa Jo. an.

3 ¶ Utz ꝺtrahens cũ vna de facto vxorẽ cius vxore qua mortua ꝺtrahit cũ tertia licite poſſit ſtare cũ ea. ff. ſz gl. que cõiter placet doctoribus. in. c. i. eo. ti. q̃ſic ſi cũiſta tertia mortua pma vxore ꝺtraxit anteq̃ ꝓſentaret tacite vel expreſſe cũ illa quã de facto tenebat qz matrimoniũ nullũ erat. licet etiã illa eſſet ignorans vxorẽ pme. tñ anteq̃ cũ alia ꝺhat ꝓpellẽdus eſt cũ ea ꝺtrahere ſi ignorabat eum hẽre vxorẽ ſz ipſa ñ. z ſi cũ plurib⁹ inſcijs ꝺterat locꝰ erit gratificatiõi fm hoſ.

¶ Pone q quidam pmiſit fidẽ Be 4
te q ſi ſibi cõſentiet poſt mortem ſue vxoris accipiet in vxorẽ illã quã ſibi cõſanguinea Berte conſulet q ꝓſanguinea conſulit q acciꝑat Bertã. ff. fm Aſtẽ. q ſi talis Berta vel ille qui pmiſit ꝓbabiliter credebat q conſuleret de Berta. ſic nõ poterit eſſe mrimoniũ inter eos. qz eſſet in fraudez. Si tñ q fidẽ dedit aut Berta. hoc non extinabãt: ſed de alia que ipſi Berte eſſet grata. z hmõi ſic poterit eã Bertã habere poſt mortẽ ſue vxoris fm conſilium eius conſanguinee.

¶ Secundũ crimen eſt cũ quis ma- 5
chinatus eſt ad mortẽ alicuꝰ vt poſſit in virũ vel vxorẽ alterũ habere. ꝓ cuius intelligentia aduerte. primo q ſi adulterius non, interuenit oportet q ambo. ſ. vxoratus z illa quã vult habere in vxorẽ ſint machinati in mortem alterius z q mors ſequatur cũ effectu. Aliter ſi vnus ſolũ machinatus fuiſſz mortẽ cũ effectu alterius non eſſet impedimẽtũ quin illũ habere poſſet ꝓpter quẽ habendũ mortẽ alterius ꝓcurauit. vt no. io. an. z ſequitur. pa. in c. ſuper hoc. e. ti. ſz doc. parte loãntur in. c. i. de querſi. infide. ſi ꝓ adulterius interuẽit ſufficit machinatio vnꝰ tñ cũ effectu. vt ſit illud impedimẽtũ. facit. c. ſi quis viuẽte. xxxi. q. i. Et ſic intelligе. d. c. ſuper. ff. ſz ſi effectꝰ homicidij. non interuenit. machinatio etiã cum adulterio non inducit iſtud impedimentum. vt not. Jo. An. in. d. c. ſuper hoc.

¶ Sed pone q interfecit alterũ ſed- 6
non ea intentione vt alterum haberet in coniugẽ ſz ob cauſaz aliã. ff. q impedimentum iſtud non erit ſecundum Ber. z Poſtẽ. in ꝺctis ſup hoc. Idẽ dic vt ſupra per omnia ſi homicidiũ mãdauit vel conſuluit z ſequutum eſt.

¶ Quid ſi ratũ habuit. ff. q ſi nõ ſit 7
operatus aliquid vt occideretur ratihabitio ſi induxit iſtud impedimẽtũ ſiue ſit factũ homicidiũ nomine ſuo

.siue non ſm glo.in.c.ſi quis viuente. xxxi.q.i.z gl.in.c.i.de cõuer.infi. Vincen.z Jo.an.z pa.in dicto.c.i.quis edictum de matrimõio eſt prohibitorium.c.cum apud de ſpon.vide etiaz quod dico.ſ.cõſentire.ſ.liij.ſi in fi.

§ ¶ Quid ſi aliter eorum qui machinati ſunt ſit infidelis .ſz. q nihilominꝰ cõuerſus nõ poterit eã habere.pro q habenda virum eius occidit.ar .d.c. primi.de cõuer.infide.

9 ¶ Quid ſi habẽs vxorem committit adulterium cuz berta z ſibi dicit. ſi ſi habereꝫ vxorem acciperem te in vxorem poſtea interficit vxorem.non tamen eo propoſito vt Bertaz accipiat ſz. Baſpar calde. Et recitat.d. Ant. de ſancto Georgio in.d.c. ſuper hoc. q poterit bertam accipere in vxorem q nec hoc.ẽ fidei datio per vba premiſſa nec homicidiuz fecit eo propoſito nec adulterium cuz dicta machinatione. Sed Lar. ipſum reprobat: dicẽdo q nõ teneret mrimoniũ cũ dicta berta. qa nõ attenditur qñ adulteriũ interuenit.an machinatio interuenit ex ppoſito habẽdi eã an ſi .Et iſtud tene añ ſcñ ſz poſt ſcñ teneꝛ opinio nẽ Calde.q̃ eſt verioꝛ de iure.

Impedimentum decimum

dicit culꝰ diſparitas. Nam nullus fidelis ſiue baptizatus poteſt contrahere cuz nõ baptizata etiã ſi ſit cathecumina:nec ſimpliciter.nec ſb conditione conuertendi ad fidem z ſi cõtraxit matrimonium nullum eſt .xxviij. q.i.c. caue. z.c.cum non oportet. z ibi no. Hugo.ſponſalia vero ſub conditione ſi conuertatur bene valent. Unde ẽtuis non baptizatus crederet omnes artículos fidei tamen matrimoniũ ẽctũ cũ tali a baptizato nõ tz.vt.d.c.caue.

1 ¶ Utrũ matrimoniũ poſſit eẽ iter infideles.ſz.q ſic.vt patet i.c.gaudemꝰ de diuoz.vnde ſi infideles cõuertantur poſſunt ſtare in matrimonio cõtracto ſm ritus eoꝝ niſi fuerit contractũ in gradibus diuina lege prohibitis de quibus hẽs.ſ. Impedimentũ.vl. dicit tamẽ pe.in.liij.di.xxxix.q poſſet eſſe q eoꝝ matrimoniũ nõ eſſet cõtra legẽ nature nec diuinã. z tñ nõ teneret.puta qa eſſet ẽctũ ſ eoꝝ ſtatuta ipſum anullãtia.qa ſi nihil poſſũt talia ſtatuta ſ mrimoniũ in ẽtũ ſacrm eſt poſſunt tñ inẽctũ eſt fedus humanũ ſic ſolũ eſt infidelibus z ideo ſi conuerterẽt tales oporteret q denuo ſherent q no.p limitatione.d.c.gaudemus.

¶ Utrũ matrimonium in fidelium ex 1
cuſet actũ cõiugalẽ.ſz.ſz ſcñ. Bona. in.liij.di.xxxix.q ſic quo ad culpaz z cõſequẽter penã ſi affectio libidinoſa nõ interuẽiat: nõ tñ acgrũt palmã qi nulla daꝛ eis gꝛa ꝓpter defectũ fidei.

¶ Utrũ infidelis cõuertẽs ſe ad fidez 3
poſſit vxoꝛ dimiſſa aliã fidelẽ accipere.ſz.Pa.in.c.ẽto ꝺ diuoz. q eo ipſo q alter cõiugũ non vult cohabitare fideli converſo.vel ſi vult cohabitare nõ ſine iniuria creatoris vel ſine peccato diſſoluitur matrimoniũ in infidelitate ẽctũ z poteſt contrahere cum alia fideli.nec oz inder ſtatuattps.ſed ſufficit clare ppendat q nõ vult ei cohabitare ſcom Pa.in.c.gaudemꝰ de diuoz: Si ꝓ vo vult cohabitare ſine eiꝰ iductõe ad malũ vel ſine pctõ. ſic nõ põt cũ alia ꝺtrahere infideli viuẽte.ſz nõ teneꝛ cohitare cũ ea ſi nõ vult conuerti.xxviij.q.ij.ſi infidelis. No. Rica. in.liij.di.xxxix. Si tñ anteq̃ alia acciꝑat ꝓ vba de pñti quertaꝛ illa q̃ prius erat obſtinata tenetur eã accipere nec alia poterit ducere vt notant communiter theo.in.liij.di.xxxix.

¶ Quid ſi iſidel hẽat plures vxores 4
ſz.q illa cũ qua ꝓmo cõtraxit erit eiꝰ z ſi ſit duas accepiſſet ſic nulla erit eiꝰ vxoꝛ.niſi vna illaꝫ habuiſſet ipedimẽtũ quo eã accipere nõ potuiſſet.q tũc alia eſſet eius vxoꝛ.d.c.gaudemꝰ.

¶ Quid de vxore que repudiata: alteri nupſit.ſz.q vir non poterit ei obicere ſomicationẽ ſz tenetur ſi vult ei cohabitare ſine peccato eã accipere ſi vult vxorem habere aut ſaltem conti

nere.d.c.gaudemus in glo.

6 ¶ Utrū vir q̄uersus possit intrare religionez vxore volente ei cohabitare. ℟.q̄ sic.℟z.hugo.in.d.c.si infidelis. Si ꝓ cōuersiōis eius sit aliq̄ spes nō dz intrare ꝑm sanctū Tho.i.iiij.di.xxxix. q̄ si nō est spes q̄uersiōis pōt intrare ꝓpter vxore requisita de conuersione.

7 ¶ Utrū vno cōiugū ad infidelitatem reuerso dissoluat matrimonium cōtra eū inter infideles.℟.q̄ nō.c.q̄situt ō diuoz.vnde tex.in.c.cēto de diuoz.dicit q̄ sacramentum fidei.i. baptismꝰ. ratum efficit coniugij sacramentum

8 ¶ Quid si fidelis cōtrahat cū hereticā vl̄ scismaticā.℟.q̄ tenet matrimoniū scz cōiter Theo.in.iiij. di. xxxix.

9 ¶ Utrū mulier conuersa ad fidē gaudeat ꝓuilegio dotium in.l.assiduis.C. qui pot.in pigno.habeātur.℟.pa.in c.placet de diuoz.q̄ sic allegat multa.

10 ¶ Quē debet sequi ꝓles infidelis ℟.si est adultꝰ sequatur quē voluerit si aūt minoz cū salus eiꝰ dependeat a parentibus debet sequi fidelē vt ꝓbatur in.c.ex litteris de cōuer .infide.

Impedimentum

vndecimū dicitur.metus seu coactiōis qō impedit & dirimit matrimonium ex ipso cōtractum.cum locum de sponsa. Sciendum tñ q̄ duplex est coactio de qua i.i.i.ff. qō metus cā.s.absoluta ꝓ vīz.vt puta cū gs capitur.ligatur.& hec nō pōt cadere in cōsensū sed bene in copulam carnalē vnde in casu quo copula faceret mrimoniū sic coacta copula nō facit.ar.ꝙ.di.ꝓsbyteros de spō. venies el.ij.xxxi.q.ij.c.i.e.ij. Quedam ē coactio cōditionalis.s.coactio per metuz.vnde si metus sit iustus vt ille qui potest cadere in constantē.scilicet mulierem quo ad multeres quas minoz metus excusat.vt no.glo. in.d.c. cum locum vel virum quo ad viros. Ideo tex.in.c.cōsultationi de spon.propter hoc dicit metus qui possit cadere i cōstantem.sic matrimoniū tali metu cōtractum.ipso iure est nullum.vt tenet

glo.in.c.veniens el ꝓmo de spō.& cōmuniter doc. secus si contrahatur ex minoꝝ metu ga sic ꝑtū iz & de hoc vide & dic vt.ꝙ. Hetus.ℌ.vij.z. viij.

¶ Quid si ratificetur per sequentem consensum tacitum matrimoniuz metu cōtractū ℟.q̄ matrimoniū erit verū si alter ꝓueniat in ꝓtinō ꝓsensu liberō ga licz ꝓsensus tacitus p se si sufficiat ad mrimoniū ℌdū sufficit tū cū expssione exteriozi q̄ ꝓcessit scōm Ricar.in.iiij.di.xxix. quod notabis. 1

¶ Quid si matrimonium metu contractū confirmetur iuramento.℟.magis ꝓbabiliter ꝑm Rica.in.iiij.dist. xxix.q̄ si iz.q̄ qō nō ē si ꝑt ratificari. & de hoc dic vt.s. Juramētū.v.ℌ.ix: 2

¶ Utrum per copulā sequentem ratificetur.℟.q̄ non nisi cōsentiat in matrimonium licet ꝓsumatur consensisse si non reclamat si ꝓtest secundum pe.in.iiij.distin.xxix. 3

¶ Quid si metus mortis carceris et huiusmodi.q possunt cadere in cōstātē nō iferat ꝓsone q̄ ℌ here sed eiꝰ filijs vel filiabus.℟.q̄ nihilominꝰ redditur mrimoniū nullū ꝑm. Rica.vbi.s. Nā idē iudicū fit de metu qui infert persone ꝓprie cum eo qui infertur persone filij & vxoris & huiusmodi. 4

Impedimentum

xij.dr ordinis.vñ aduerte q̄ si gs post susceptionem ordinis sacri.i.sacerdotij diaconi aut subdiaconi ℌt mrimoniū dirimitur.vt in.c.vnico de voto li.vi.& est excōicatus ipso facto.vt in cle.eos de consan. & affi.Si vero ℌt post susceptionē minoꝝ ordinuz non dirimitur: sed in officijs nō ministrāt si sunt clerici occidentales. & beneficia nō asse quunt. & ideo ordo sacer impedit & dirimit. non sacer solum impedit.

¶ Sed quid si sacer ordo superueniat matrimonio tā contracto nunquid dirimit.℟.dic vt.ꝙ. Matrimonium.iiij. ℌ.viij.cum sequentibus. 1

Impedimentum

xiij.dr ligaminis.scū

¶ Utz alligat⁹ alteri p̄ sp̄salia possit cū altera cōtrahere. vide sponsalia. §. xx. cum sequentibus.

2 ¶ Utrū obligatus matrimonialr alteri possit cū alia ꝫhere. &c. nō in his q̄ noie suo nō tussu eius in cuius ē ptā tet: vl noie ei⁹ quā hēnt in ptāte bina sp̄salia ꝫ ertiu vl binas nuptias sit infamis ipso iure. l.i.i ff.ff. vbi q̄ no. infa. z efficit bigam⁹ ꝫ q̄ dixi. §. Bigamia z dz ieiunare p. xl. dies in pane z aq̄ q̄ vocāt carenaz. s. q̄dragesi mā sic dictā. q̄ caret cibis. z. vij. sequētib⁹ annis penitere. c. accepisti. de sp̄. duorum.

Additio z no. q̄ sponsalia p̄pe sūt p̄ ꝟba de futuro. z nuptie p̄ ꝟba ō p̄sti. vt no. glo. in l.i. ff. de sponsa.

3 ¶ Utrū ex dispensatōe pape p⁹ mr̄imoniuz ꝫctū possit qs alteri nubere. &c. q̄ si mr̄imoniū ñ ē ꝟsumatū papa ꝑt dispēsare. vt no. in. c. ex publico de quer. ꝟjuga. Uñ dicit hos. vnū mirabilē q̄ recitat pa. i. d. c. ex publico q̄ papa ex ꝟsensu vtriusq̄ sp̄si pōt ex ptāte absoluta dissoluere mr̄imoniuz nō ꝟsumatū nulla alia cā subsistēte ꝫ de ptāte ordinata nō pōt sine cā z. cū ꝫ dctō hosti. trāseūt cōiter doc. Si ꝟo mr̄imoniū ē ꝟsumatū int̄ fideles sic papa nō potest dispēsare ga cū mr̄imoniū ꝟsumatū ꝟsistat in facto ñ pōt hēri p̄ infecto. xxxij. q. ij. si paulus. l. in bello. §. facte. ff. de captiuis.

4 ¶ Utz mulier credens virū moztuū possit ꝫhere cū alio. &c. q̄ si verisimr̄ p̄sumitū ei⁹ mozte sic ꝫhere pōt secūz alt quos. vt no. in. c. quoniā frequenter. vt lite nō p̄testata: ꝫ tu dic q̄ oportet hēat certū nūcium de morte viri de spon. in p̄tia de secundis nup. c. dominus. nisi velis dicere q̄ satis ē certificata q̄n hēt violētas suspitiōes p̄t expectatione aliquale. Et aduerte q̄ vnus testis sufficit. vt in. d. c. in p̄tia Excusatur etiā ab adulterio quando p̄babiliter credidit moztuū virū z cū alio cōtraxit. xxxiij. q. i. cū per bellicā an aūt possit exigere debitū vel reddere. dic vt. §. iiij. impedimēto. §. vij.

¶ Quid si qs credens vxoz̄ viuere sua q̄ tū moztua est ꝫhit cū alia. &c. q̄ matrimoniū ē ex quo nō viuit ꝑm rodoñ. Hugo. tamē in. d. c. cū p̄ bellicā dicit q̄ si credebat ꝫ sibi licere ēt viuēte sua erit mr̄imoniū. si mō p̄tia moztua ē. Si ꝟo ñ credebat licere sic matrimoniū nō erit quia nō maritalī affectu ꝫ adulterino et cōtigit nisi postēā sciit q̄ est moztua et ꝑtinuat maritali affectu p̄seuerāte alia ꝑte in affectu maritali alias nō. z ē verius.

Impedimentum .xiiij. dicit. publice honestatis iusticia q̄ est ꝑpinquitas ex sponsalibus puenies. robur ex institutione ecclesie trahens ꝑpter honestatē. vñ ipedit z dirimit matrimoniuz ꝟctū quā ēt sp̄salia sequētia. non precedentia. vt in. c. ex sponsalibus de sp̄. li. vi. Et ista publica honestas iusticie cū sit quoddā genꝰ affinitati ō ipedit ꝫ illos q̄dus ꝫ q̄s affinitas ipedit vsq̄ ad ārtū gradū inclusiue. de qb⁹ dicet. j. xv. Impedimēto.

¶ Quot sunt species publice honestatis iusticie. &c. q̄ olim due quaz̄ prima q̄ ꝫhebatur ex secundis nupt. puta petrus vxoꝛem habebat. quo moztuo eius vxoz accepit aliū virum de quo hūit filiū vel filiā talis ples cū nullo consanguineo petri poterat ꝫhere ꝫ hodie sublata ē p. c. nō dz de cōsan. z affi. Alia q̄ hodie hēt locū. est q̄ ꝫhit ex sponsalib⁹ de futuro vel ex mr̄imonio de p̄sti nūdū ꝟsumato ꝑm pa. in. c. sponsaz de sp̄. Uñ nullus ꝟsanguineus sponsi pōt accipere talē sponsaz vsq̄ ad ārtū gdū inclusiue nec ē contrarius. Juuenis. z. c. ad audiaz de sp̄. si accipit non erit ei⁹ vxoz q̄ ctr̄ imitur.

¶ Quid regrit vt sponsalia iducāt ꝑfatū impedimētū. &c. q̄ q̄nq̄. primo q̄ sint ꝫcta a maiorib⁹ septēnio. tex. ē. in d. c. ex sponsalib⁹. z vt dicit pa. in. c. ex uenies vbi regrit etas certa respectu discretionis ñ ꝑt ꝑuenirī. vt ꝫ in eis

te ad ꝓfectionē testi. vt in. l. q etate. ff. de testa. z idē no. in. c. puberes de de spō. impu. Ideo oz ꝓpleuerint ẜbēres fine ꝓiudicio cōtrahunt. vij. annos.

9 ¶ Sz nūqd si maior ẜbit cū minori septēnio, primo tū septēnio oriat publice honestat] iusticia. ff. q ñ ẜ patin. c. inuēlis. ꝺ ẜp. z i. c. fin̄itati. ꝺ eo q cognouit ꝓsanguineā vxo. sue. z ꝺ ex ꝺfectu ꝓsensus vt in. d. c. ex spōsalib⁹.

4 ¶ Pone q talis maior cohabitauit cū minori septēnio ꝺspōsata p ꝑba ꝺ futuro z interuētat extraordinaria potutio: vł sit dubiū. an eā tēptauit. ff. ẜ pa. vbi. ꝺ. q ex q̄da egtate oriť publice honestat] iusticia ẜ tū nullo iuꝝ ꝓbat

5 ¶ Scōm q regrit vt inducat istū impedimētū ē q ñ sint ẜcta sub ꝺditiōe ñā añ ꝺditōis euētū non oriť istū impedimētū. vñ possz ẜbere cū aliquo ꝓsanguineo spōsi añ ꝺditionis euētū.

6 ¶ Quid si qs ẜbit cū aliq̄ cū ista cōditiōe. ſ. ꝺ deo placuerit z postea inuēnit ei⁹ affinitas. vł aliꝺ impedimētū hꝰ quo cū ea ẜbere ñ ꝑt ꝺ iure. ff. q nō oriť publice honestat] iusticia. q. fuerūt ꝺditionalia z ꝺ poterit ẜbere cū ei⁹ ꝓsanguinea. Nec ob. q dcā ꝺditio subintelligebať et si ñ fuiſſz apposita q si nō appōneret exꝑsse nihilominus ēent pura ẜ exꝑsse apposita faciūt cō ꝺtiōalia. fm hosti. i. c. ad audiētiā. de spon. z Jo. an. in. c. ex sponsalib⁹. vide q dict. ſ. iij. impedimēto. ſ. i.

7 ¶ Quid si apponatur aliqua ꝺditio q̄ hētur ꝑ non adiecta. vt. ſ. patuit. iij. impedimēto. ff. nihilominꝰ sponsalia pura erunt z oritur istꝺ impedimētū vt in. c. vltimo de condi. appo.

8 ¶ Tertiū qꝺ regritur vt sit istud impedimētū. oz qꝺ sponsalia sint certa: qa in incertā ꝓsonā non infertur ꝓsensus. nec oritur istud impedimētum.

9 ¶ Quartū oz qꝺ non defecerit ꝓsensus. ꝺ. c. ex sponsalibus vnde ꝓsanguineus furiosi ꝺtinue ꝑt ei⁹ sponsā ducere quā in amētia ꝺsponsauit cū ꝓsensus defecerit. c. ꝺlecti ꝺ spon. xxxij. q. vij. nec ꝙ Limitat hoc pe. ꝺ pal. z bñ vez

quādo defect⁹ ꝓsensus est apparens vt in pueris z amētib⁹. secus cēt quādo cēt latēs sicut in illo qui ẜbit non animo ẜbendi. ſ. decipiēdi. q. tūc oritur istꝺ impedimētū. q. ecclia instituit illud ipedimētū ꝓp apparētā honestat] z ꝺ impedit q. de intētione nō ꝑt ostare. ꝺ hoc matur p Uticē. archi. Jo. an. z Jmol. z Be. in. c. vnico. de spō. li. vi. q tenēt q loco ẜbēs. si ꝺ loco apte ꝓsiat si in ducitur publica honestas ergo si non constaret induceretur.

¶ Quintū q nō sint ẜcta post matrimoniū vel spōsalia pus facta: q. ñ qa ꝺtraxisset matrimoniū vł spōsalia. z pꝰ viuēte pma spōsa ẜberet cū alią eius ꝓsanguinea non ꝺtimētur sponsalia precedentia. d. c. ex sponsalibus.

¶ Quid si spōsalia ẜbēres hūerit tpe. ꝛ debitū z fuerūt pure ẜcta. z cū certa ꝑsona z cū ꝓsēsu ẜ tū fuerūt nulla ꝺ iure. puta cū affine vł cū religioso vel in sacris aut cū maleficiato z hmōi. ff. q nihilominꝰ oritur publice honestatis iusticia vt i. d. c. ex sponsalibꝰ. q. in matrimonio attēditur potꝰ honestas. ꝛ semper. ff. ꝺ ritu nup. Nec ob. q nulla oriatur obligatio sed bene publica honestas que impedit matrimoniū ẜbēdum z ꝺtimit contractum.

¶ Sed si qd minores septēnio ẜctis sponsalibus pleuerāt vocātes se spōsū z spōsā vł simul iacent vł se inuicē osculāt vsq; pꝰ septēniū ꝓpletū oriť publice honestatis iusticia vt no. in. d. c. ex spōsalibus Alias si nō mānifeste appet ẜ pdurent in eodē ꝓposito nō oriť istꝺ ipedimētū vt colligitur ex. d. c. ex sponsalibus.

Impedimentum .xv. affinitatis q̄ qdē affinitas ẽ ꝓxīmit⁹ aspōsaz ex copula carnali pueniēs. ꝺ pctella carēt vñ affinitas mediāte ꝓsāguitate z carnali ꝺmixtiōe ꝓpagat hō ꝓsāguinitatē imitat ẜ li ẜ ꝺffert q. ꝓsā ꝓsūcta siue ad

dita alicui pſone ꝓpagatiuꝫ fit pti
ceps eiuſdē nāe lz i differēti ḡdu vñ ſi
mutat genꝰ attīnētie ꝫtū gradū. ſed
pſona addita ſiue ꝙiūcta per copulaz
carnalē alicui pſone non fit particeps
eiuſdē nature ꝫgīſi cōiūgit ab extrin
ſeco. vñ cōiūgit alio genere cōiūctio
nis ſed in eodē gradu. Et ſi pſona cō
iūcta p carnis copulā ſanguini alteri⁹
inducit ꝑmuz genus affinitatis. pſona
eo addita p copulā pſone q̄ primum
inducit genus facit ſm genus. z pſona
addita ſecūde inducit tertiū genus ſ̄bi
gratia. vxor frīs mei eſt mihi affinis i
pmo genere z in eodē gradu q̄ſi me⁹
z religꝰ ꝙſanguineis meis i eodē gra
du q̄ ſūt mihi z in pmo genere. Alia
pſona q̄ nō eſt mihi ꝙſanguinea nec
affinis altūde ſi ꝙiūgatur cū pfata vxo
re frīs mei erit mihi affinis i ſecundo
genere z ꝙſanguineis meis z i eodez
gradu q̄ ſum⁹ frater meo. Tertia ꝑo p
ſona altūde nec ꝙſanguinea: nec affi
nis ſi ꝙiūgatur ſecūde pſone ꝙiuncte
vxori frīs meterit mihi in tertio gene
re affinitatis z cōſāguineis meis. ita
no. in. c. nō debet de ꝙſan. z affi.

¶ Quomō ꝓcdit affinitas mīſmo
niū. ſ̄. q̄ ſi ꝓuenīat ꝓcdit ſ̄bēdum z
diꝛimit ꝫctū in pmo genere tantū ho
die z vſq; ad q̄rtū gradū icluſiue. vt i
d. c. nō dz lz olim ꝓcdiret etiā in ſo z
tertio genere. vt. xxxv. q. iij. p totū. vñ
pſona cognita carnaliter ab aliq̄ ꝙſan
guineo nō poterit ſ̄bere cū aliq̄ de il
la ꝙſanguinitate q̄ nō diſtat vltra q̄rtū
gradū ab eo ꝙſanguineo q̄ eā cogno
uit. z eꝛio. Et ſi ſ̄bit nō tz matrimo
niū z intelligit ꝓhibitū ii finitū i linea
recta ſm vnā opinionē quā nō teneo
vt. ſ̄. dixi impedimētū. vi. §. i.

¶ Quid ſi affinitas ſupueniat i mīſmo
nio iā ℥cto per ſ̄ba de ꝓſenti lz nō cō
ſumato. ſ̄. q̄ nō diꝛimit eū. vt in. c. iij.
de ꝙſan. z affi. z ille p quē ℥cta e affi
